eorum est electio.hoc eo. n innuit plene Cōpo.de elec.
5 c.2.¶Prætera†canonicorū receptio ea receptione , qua
ius canonicè tribuit,nō pōt fieri nisi à prælato & cano-
nicis suis collegialiter.nō singulariter.ut no.ꝑ Inno.&
Cōpo.de rescrip.eā te.Cū ergo duo priores,q imediatè
ꝓferūt dictæ canonicæ auctoritate Ep̄i; & cū consensu
suorū canonicorū canonicos receperint,patet ꝙ sunt ī
possessione actus collegiati.& hoc sufficit ut ꝑ hoc ha-
beāt possessionē aliorū actuū ad collationē spectātiū.&
hoc bñ innuit.In.de iurepa.postulasti.Itē ꝓduximus ele
ctionē,& totū ꝓcessū electionis celebratę ꝑ canonicos
eiusdē ecclīæ de priore,q ꝓximè & imediatè defūctus ē,
& ꝓsentationē ipsius electionis & cōsensū electi & ꝓcu
ratorū ad petēdū cōfirmationē.Sed Ep̄s opponit,&dicit
qđ ista electio nō fuit cōfirmata , imò fuit nulla; ex eo
qđ papa reseruauerit sibi ipsam ecclesiā uel prioratū ua
cantē.¶Ad hoc r̄ndeo,& dico ꝙ per hoc non uitiaẗ pos-
sessio

fessio eligēdi ipsorū canonicorū. immo innuitur ex uerbis reseruationis, quod nisi reseruatio impediuisse ualuisset electio ipsorum canonicorum alio impedimento canonico non obstante. ¶Verba uero reseruationis sic iacēt Bonifacius seruus seruorum Dei pręmissa salutatione, & causa inductiua gratiæ sequitur in literis apostolicis. Nuper si quidam prioratu ecclesiæ secularis sanctæ Mariæ de Salceano diœcesis &c. Per mortem quondam Christofori Prioris ipsius uacante. Nos Prioratum ipsum dispositioni apostolicæ reseruantes, decreuimus irritum & inane, quicquid secus de illo scienter uel ignorāter cōtingerit attemptari. Post modū uero canonici ipsius ecclesiæ ad quos in ea, Prioris electio: cum prioratum eundem uacare contingit, pertinet. teorem huiusmodi reseruatiōis & decreti nostrorum ignorantes. te in priorem ipsius concorditer prout asseris elegerunt. Sed tu demum de reseruatione & decreto prædictis diligenter attendens ꝙ huiusmodi electio nō ualebat, nobis humiliter supplicasti, ut prouidere tibi de prioratu pdicto ex benignitate apostolica dignaremur. Cum itaq; &c. Sequuntur postea uerba prouisionis. ex quibus quidam uerbis arguo ꝙ si reseruatio non præcessisset ualuisset electio impedimēto alio non obstate. ¶Ad hoc per Epm opponitur ꝙ talia uerba sunt narratoria: ergo fidem non faciunt de priuileg. si papa lib. 6. de sen. excom. c. ult. in. clemē. Replico ꝙ hoc oō est uerum. & sic cum esset dubium an prior qui modo est mortuus esset cōsecutus aliquod ius ex electione uel nō, propter capi. si eo tempore de electio. lib. 6. Papa hoc dubium determinans dixi licet alias electio prioratus pertineat ad canonicos dicti prioratus, tñ quod uigore istius, reseruationis electio non ualuit ad hoc eod. titu. si papa, secundo responso lib. 6. Quando dñs Episcopus nidit tot & tanta dubitare potuit ratione alicuius iuramēti præstiti. de rebus ec. non alie. ꝙ ualeat electio canonicorum ipsorum maxime cum ipse Episcopus asserat se non inuenire ī registro uel archiuo episcopali, ꝙ Episcopus loci unquam illum prioratum contulerit. licet etiam dicat ꝙ nō souenīat ꝙ aliquis Episcopus prędecessor eius unq̄ cōfirmauerit ibi priorem. prætereā redeundo ad mentem priuilegij Bonifilij, ipse Bonifilius concessit ut in causis ecclesiæ constituerent sindicum ipse & fratres sui. Sed fratres uel canonici nō facerent unum corpus cum eo, quomodo haberent se intromittere de administrandis rebus ecclesię: Nam si dicti fratres siue canonici essent in dicta canonica ut singulares personæ, nō haberent se intromittere de administrandis rebus ecclesiæ. dat ergo intelligi ꝙ ipsi sui fratres faciebant uoum corpus cum eo. His ergo breuiter enarratis consideratis omnibus circunstantiis ipsius negocij debet dominus Episcopus liberaliter & gratiose condescēdere ad desideria iuste petētiū & exaudire. ¶Christi nomine inuocato. Ego Io. An. ex his allegationibus dico & consulo pro electo, & electoribus iudicandū huic cedulæ meum sigillum apponens.

ADDIT.

¶Communi. & hoc uerum deficiētibus patronis fm Ioā. An.

¶Responsio domini Federici ad questionem, qua queritur an optio habeat locum in prebendis permutatis, facta dum erat scholaris, & ante æditionem Clementinarum.

SVMMAE.

1 *In permutationibus beneficiorum, quæ sint obseruanda.*
2 *Iuramentum etiam generale non est ad casus non cogitatos uel non uerisimiles extendendum.*
3 *Permutationes an expediri possint per literas Papales uel per consuetudinem.*
4 *Optio quando locum habeat in permutationibus beneficiorum.*

QVAESTIO LXII.

VERIUS uidetur esse de mente iuris quod talis præbēda permutata non possit optari† Nā si episcopus inspecta utilitate siue necessitate præbendarum, puta quia una præbenda permutata habet possessiones, quę indigent persona potenti, ut eas defendat à uicinis tyrannis, & talis persona est ī præbenda alia, que non indiget potenti si facta permutatione antiquior uelit illam prębendam optare, qui quidē antiquior nō est potens, ut requirunt possessiones illius præbendę, fm hoc erit uidere in quo impēdetur officium epi siue utilitas præbendarum. Item pro ista parte facit ratio super qua fundatur decre. unica. de re. permu. li. 6. minimē resignasset. pone ergo ꝙ præbendæ istorum permutare uolentium habent centum in redditibus, & illa, quā uult relinquere antiquior ualet. 25. quis impius diceret istum permutantē sic debere defraudari maxime ubi consideratur solum utilitas prębendarum maxime ubi permutatio fit superioris officio: cui superiori subditi assenserūt potius ppter obedientiam, & prælaturam q̄ pp seipsos. Dicemus nē obedientiam istorum eis esse damnosam: absit. & facit quod no. Arch. de resci ip. si ppter ī uerbo uacabūt in fi. Et si diceres obstare, quod no. Io. An. in c. si ppter in glos. morte. Respondeo per not. per Archi. eadem glo. uer. ego credo. Nam hic posset fieri magnum præiudiciū permutanti. pone enim ꝙ permutās habeat. xx. annos, & præbenda quam intendit hic nullam habet onus annexū: & præbenda, quam uult relinquere antiquior est sacerdotalis, erit uidere ꝙ ille nullum debet hr̄e, non illam q̄ hr̄e intendebat, quia fm te est optata. aliam non propter defectum ętatis de pręben. ei cui. lib. 6. nec aliam poterit expectare, quia non habet ius ad illam. Sed in decretali ultima de consuetudine lib. 6. necesse est unam remanere nō optatam quam poterit consequi impetrans. Et forte posse dici ꝙ si papa mandat mihi conferre prębendam, quam tenet Titius si eam renominare uoluerit ꝙ ibi non habeat locum optio. Nam si haberet locum gratia istius expiraret. ¶Add. 1. Si dicas, tibi imputabis ex quo sciebas talē cōsuetudinem esse in ecclesia. ar. eius quod not. 61. dist. clericus non est uerum. immo potius debeo mereri. quia obediui pręlato meo. & si dicas negari nō pōt, quin prębēda uacet. ergo &c. Respondeo licet uacet nō tñ cōprehendit hunc casū illa decre. ultima. de consuetu. li. 6. per ea, q̄ dicta sunt s. Quod autē nō extendatur ad omnes modos uacationis patet. pone ꝙ aliqua prębēda i ecclesia, q̄ habeat patronū uacat, poterit ne optare antiquior illam in preiudicium patroni absentis? Item pone exemplū in collatione ꝙ Eps Bon. habeat conferre unā solā præbēdā bono. uacat illa si talis præbenda pōt optari. forte eps nunq̄ conferret. qoia forte semper optabitur cum sit pinguior. Et si diceres confert illam, quæ remanebit non optata. breuiter dixi supra ꝙ eps nō haberet cōferre nisi unā. ¶Addi. 2. Itē nō debet sic uacare prębēda per istū modū permutationis sicut per alios modos qñ non interuenit expressa resignatio. nā tunc si nolumus cōcedere quod ecclesia uacat. Illud tñ tēpus uacationis est momentaneū, & indiuisibile. & ī eodē instāti uacat & oon uacat. tñ fm In. præstita auctoritate per Superiorē, ius habeant permutantes in prębēdis permutatis. ut no. ipse in c. inter. de prębe. Vnde cū in eodē instanti sit ibi uacatio & nō uacatio, illud accipiam, ut res ualeat, & ut permutatio habeat effectum. & sic fingimus prębendam tempore non uacasse. ¶Addi. 3. Simile quod oot. Host. de appella. Præterea circa prin. & quod no. 1. q. 1. detrahere. & quod solet dicere do. Io. fm Gof. de coniug. seruo. c. ultimo in fine magnę gl. Non obstat ꝙ iurauit seruare statuta & consuetudinem ecclesiæ
2 &c. quia † ex quo iuramētū est generale oon debet extēdi

 ad ca-

ad casum non cogitatum, & non uerisimilem.ad hoc de
iureiu.ueniens. & ibi de hoc in glo.1.Præterea talis con-
suetudo uidetur restringenda sm id qđ no.Archi.in præ-
dicta decr.ultima in glo.hoc uidet esse. ¶Præterea uideo
3 ꝙ †permutationes impedire non possunt literæ Papales
ut c. vnico. de rerum permu.ergo consuetudo illam im-
pedire potest cum consuetudo uiucatur a literis Papalib.
facit quod not.de præben.cum in ecclesiis.& etiam facit
contra.item forte nec talis consuetudo extenditur ad ꝑ-
bēdam, quæ debetur eṗo uel magistro eiusdem ecclesiæ,
uel qñ canonici eiusdem ecclesiæ adinuicem permutant.
¶Præterea si uerum est quod dicit Inn.add.4.quod hēant
permutantes ius in re.interposita auctoritate superioris,
& sine aliqua inuestitura nō hēt locū optio,qa optio de-
bet fieri de uacante.Sed beneficiū nō dr̃ uacare in quo hēt
ius,ut patet de cōces.ꝑbē.c.ul.in fi.li.6.¶Dictū aūt Inn.uf
posse probari per decr.si tibi de ꝑbē.& e.tit.c.quodā.li.6.
& utrobiq; de hoc ꝑ Arch.& per permutationē possit ha
beri titulus sicut per collationē,ex quo superuenit aucto
ritas superioris. ¶Quod autē dr̃ s̃.in eodē instāti ꝑbēdā
uacare & nō uacare, probat aperte ꝑ decre.beneficiū.de
iureiur.li.6.dicit.n. canonicus ingressus religionem.dñe
eṗe cōsentio ꝙ conferatis ꝑbendā meā.Eṗs in eadē instā
ti confert ꝑbendā Titio uolenti acceptare.eo.n.ipso ꝙ al
teri cōtulit uf acceptasse cōsensum,& ꝑ cōsequens renū
ciationē & nō ante.nunquid in hoc casu hēt locū optio?
forte sic,qa hic deficit rō superioris.¶Quod aūt s̃.dr̃ of
ficio Superioris posse ꝑmutationē fieri,uerū credo inui-
tis beneficiatis.¶Inuitis dico nō præcisè.sed indirectè,ut
de uolentibus fiāt uolentes, ad hoc prædictum c.q̃situm.
& quod legitur & notatur. 7. q.1.scias.& c.eṗs de loco
cum suis remissionib. Nam & prælato inuito ex cā sub-
trahuntur sibi fructus.de eccl.ædifi.ad audientiam.& no.
Host.& Ber.de reli.do.constitutus cum suis remissionib.
¶Determinata fuit ista quæstio per do.Guid.de Albaysio
decretorum doctorem, ꝙ de iure stricto,& de rigore,&
in scolis tenendum sit ꝙ optio habet locum.¶Addi.v.
¶Sed de æquitate secus,& ita cōiter pronunciatur per do
4 ctores in consiliis, s.ꝙ non hēt locum optio.¶ † Ad quæ-
stionem ipsum & ipsius materiam distingue sic aut con-
stat talem consuetudinē extēdi ad uacationem & permu
tationem.Aut cōstat non extendi,ut qa sic est obtentum,
aut dubitatur. primo casu subdistingue, ꝙ aut illi quorū
interest coosenserunt aut non consenserūt. Si consense-
runt aut cōsenserunt simplr,aut nō simpliciter reseruādo
sibi potestatē optādi & si reseruādo, aut tali reseruationi
consenserunt ꝑmutare uolentes aut nō consenserunt. Si
simpliciter cōsenserūt ē locus optioni.Si nō simpliciter,
sed reseruādo ius optādi & ꝑmutare uolētib.& cōsentiē
tib.erit locus optioni,si nō cōsentiētib.nō erit locus op-
tioni.& sic primo casu uestita sit reseruatio cohærētia cō
sensus.In scđo casu nō sit uestita sed nuda,facit qđ no.Io.
An.post Hos.i nouella de ele. Cumana.& de re.iur.in ge
nerali lib.6.Si uero non consenserunt permutare uolen
tes siue habentes ibi ius optandi.Iterum subdistingue qa
aut Superior, qui potest utpote papa uel Legatus ipsius
de latere tali consuetudine non obstante derogat aut non
derogat.Primò casu non est optioni locus.Scđo casu di-
stingue,qa aut permutātes sciebāt uel scire debebant,ta-
lem cōsuetudinem aut nō. primo casu est locus optioni,
& uellent nollēt nō possunt ad beneficia uenire priora.
Secūdo casu est locus optioni,uel si nolūt stare optioni,
possunt ad bñficia redire.si constat non extēdi,non est lo
cus optioni aliquo casu:si uero est dubiū,quo casu ꝓcedit
qō iuris uf dicendum, ꝙ non est locus optioni,ut potius
stemus iuri permittēti permutationē fieri ut permutātes
permutata beneficia consequantur ut in iuribus allegatis
in glo.qm̃ consuetudini,quæ in dubio iuri derogare non
debet. Potest tamen in isto casu distingui,quod aūt per-

mutatio fit per superiorem ad instantiam permutare uo-
lentium aut proprio motu Superioris. ¶Primo casu sub-
distingue:quia aūt fit in fauorem iuris priuati utpote per
mutare uolentiū,aut iuris publici,s.ecclesiarū,si iuris pri
uati ipsius fit optioni rō qa hæc est permutatio odiosa,
& cōsuetudo fauorabilis:& iō debet interpretatio ꝓ con
suetudine fieri & extēdi ad instar leg.ad hoc ꝙ no.de off.
arch.dilecto,& quod ibi no.Si uero i fauorē iuris publici.
& tunc si optioni, & idem qñ proprio motu,ad hoc de
præbē.si pluribus lib. 6. & de rescr.cum aliquibus,& c.si
ꝓpter tua debita.& de præbē.si beneficia,& c.cum eccl'ia
& c.si a sede.eo.lib.& cle.1.ut li.pen. ff.de neg. gest.l.ult.
§.ea quo.Io.an.de re permu.eo.vnico in nouella li.6.ego
nec obmitto quod in omni casu ꝑbēdā dimissā per optan
tem obtinere poterit is ꝙ poterit obtinere optatam.Rōe
quia illa dimissa habetur pro illa optata de reg.iu.is qui,
& per c.ecclesia.2.ut li.pen.cum similibus. Lapus.

ADDITAMENTA.

¶Expiraret.Non expiraret,quia si optaretur dimissa per op-
tantem succedit in locum optatæ,& sic illa repudiatur,
& illi pro quo scribitur deberetur.Lap.

¶Vnam.Sed illa dimissa potest dici illa ex quo in locum op
tatæ,ut supra dr̃ succedit, ut lit.pend.ecclesia.& de re-
gu.iur.is qui.lib.6.

¶Vacasse. Ista ratio concludit quòd ex Interuallo beneficia
renunciata ex causa permutationis non possent cōferri,
quod non est uerum. nec est tempus determinatum ad
hoc,ut no.Pau.de rerum permu.c.1.in clemen.

¶Inno.Illud dictum Inn. non placet Paulo,nec hoc consue
tudo obseruat.addit.

¶Locum.Mihi placet cōtrarium,ꝙ non habet locum optio
& placet d. Paulo de re.permu.clemen.una.Sed Io.And.
non firmat pedem in nouella de consue.c.ult.lib.6.

SVMMAE.

1 *Filia quæ de bonis usura extortis dotata,an patre mortuo
auus ad bona si restitutionem non sufficiant,teneatur de
in dotem,sibi datis satisfactionem perficere*

2 *Aeris alieni nomine, an contineatur pecunia malè ac-
quisita & creditori in solutionem data.*

3 *Bona usurarij an illis à quibus extorta sunt dicantur tacè
citè obligata.*

QVAESTIO LXIII.

1 QVidam usurarius †nihil habent in bonis nisi quod
extorsit per usurariam prauitatem. tradidit nu-
ptui filiam suā Titio hoc scienti ꝓ cuius filiæ suæ
dotem dedit suo genero mille: & demum patre
& marito defunctis,dos fuit eidē dñæ per heredes mariti
restituta.Nunc quæritur cum hæreditas patris ad plenam
restōnem usurarum non sufficiat,an dicta dña de suis do-
tibus teneatur facere satisfactionem ꝑdictam in foro cō-
scientiæ,siue in foro humano.Et primo uf ꝙ sic,extra de
usur.c.tua. quod generaliter loquitur, non distinguens,
an ipsi filii uel extranei sint hæredes uel non, ex quo bo-
na defuncti ad eos peruenerunt. Ad idem de sepul.c.ult.
ibi.sed eius hæredes proprie qui. ¶Preterea hæc mulier,
recepit pecuniam cum suo onere,ergo &c.de deci.pasto
ralis.& facit quod no.& l.de usur.cum tu.& ꝑ Gui.i spe.
eo.ti.ad fi.Item optimè facit, ff.si cer.pe.l.si tamen.& l.si
& me & Titium. cum sua gl.& facit pro ista parte quod
no.Host.in summa de pœn.& remis.§.ul.in x.col.in uer.
quid de his ubi no.ꝙ siue scienter siue ignoranter aliquis
aliquid percepit de rapina uel præda tenetur restituere
per l.si & me & Titium. Sed usura potest cumparari rapi
næ & furto. 14.q.5.si quis rapinam.& 2.q.5.pœnaliter.

Pro.

Pro ista parte facit.ff.de his q̃ in fra.cre.l.ult.§.j.ad fi.ubi dicitur quod si mulier,q̃ sciuit patrē dotē cōstituentē in fraudē creditoris,& dos fuit ī iudiciū restituta, ut in ca su nostro;debet dotē restituere. maxime cū ex quasi donatione dotē receperit nec ibi semper præsumitur quod usurarius vr in fraudē facere & facit quod not.de reg.iu. p possessore. lib. 6. ¶Itē quia qđ recipit mu lier est loco eius quod datū fuit uiro,& sic eodē iure &c.ut lit pē. c. ecclesia.a.de reg.iu. cū qs lib. 6. Cōtra vr quia ꝓ nomine æris alieni nō tenetur singulis ut C.de do. l. æris alieni & l.si pater e.ti.& de ac.& obl. eū & melius de his q̃ in frau.cre.& l.ij.& iij.C.de do.ante nup.l.de rebus.& ff.e. ti.l.ait prætor.§.si mulier à cōtrario. & hoc tenet Host. extra e.ti.tua. Nec distinguūt ista iura an ex titulo lucratiuo uel nō ex quo ille qui cōstituit dotē nō fecit in creditoris fraudē,ubi autē fecisset distiguit. Addit. 1. Lex in ꝑsona recipiētis. Nā ex parte dātis semper reperitur fraus.titulus autē dotalis est lucratiuus ut de actio. & obl. l.ex ꝓmissione. Distinguit lex inter habētes causam lucratiuā uel nō,ut.C.eo.ti.l.j. ¶Præterea mulier hic non recipit pecuniā usurariā,sed recipit eā maritus,ipsa uero ab hæredibus mariti recipit pecuniā nō usurariā.Vnde si maritus tāquā sing ularis successor nō potuit cōueniri à creditoribus Soceti ut supra dixi p l.æris alieni cū similibus.multominus & hæc mulier.ēmputet.n. sibi ma situs si pecuniā aliis debita recepit,& sua ꝓpria fuit uxori restituta.ad hæc ff.de iur.do.l.uir ab eo. Quid plusąmo ris est quod gener cōfiteatur se recepisse à socero dante nomine filiæ mille,quæ mille p se & hæredes suos promittit restitue:e in omnē casum & euētū restituēdarum dotiū uxori suæ cū renūciatione nō numeratæ dotis & aliis clausulis cōsuetis.Posito ergo quod pater soluat pecuniā debitā aliis uel nihil solueret, quid ad mulierem? Imputet sibi uir si nihil uel alienū recepit ut l. uir ab eo. maximē eum pecuniæ usurariæ dominium transeat in recipientem licet cōpetat repetitio ut no.dē deci.ex trāsmissa.& 14.q.5. in summa maximē cum maritus nummos à socero receptos cum nummis suis immiscuerit, quia per mixtionem tales nummi dicātur consumpti,& transit dñium in maritum ēt si illi nummi fuissent totaliter alieni nō potē furto subtracti ut ff.de sol.l.si alieni.& si cer.pet.l.nō omnis in fi.l.nā & ff.de fur.facit pro ista parte.ff.de fur.l.qui uas i fi.& casus no.de rei uendic. l. si ex ea.cum ergo illius pecuniæ usurariæ dñium transierit in socerum in dñium generi maximē post immixtionem & cōsumptionem & ꝙ non dicat ꝙ socer in fraudem creditoris dotem dederit,patet filiam non teueri de suis dotibus ad satisfactionem prædictam. Restat ad contraria rńdere.non obstat de usuris tua.& de sepul.c.ult. qa debet itelligi de filiis,& extraneis qui sunt hæredes ut nō cōtradicant aliis iuribus,& sic intelligit Host.& hoc ap paret ex fine.c.tua.& Gof.& facit quod ipse Host.uo.in summa de usuris.§.qua pœna in 3.col. ¶Item nō obstat quod dicitur qđ mulier recepit pecuniam cum suo onere . nam pecunia quam recepit ab hæredibus mariti non erat oncrata nec debita nec astricta his qui soluerūt usuras patri dominæ licet persona patris esset obligata. & posito quod bona usurarij sint tacitē obligata soluentibus usuras non tamen bona illius,qui recipit pecuniam ab usurario,& maximē iste maritus postq̃ istam pecuniā quam recepit à socero cum suis immiscuit.quia per mixtionem & cōsumptionem facta fuit pecunia mariti.posito quod maritus esset personaliter obligatus creditorib. soceri,& sic responsum est ad decr.cum tu.Nam iste nec recepit usurarium pecuniam,nec etiam rem emptam ex pecunia usuraria. Præterea illa decr.cū tu.nō dicit quòd ꝓbona usurarij sint tacitē obligata.sed dicit quod usurarij,qui de usuraria pecunia emerunt possessiones,si non habēt unde alias satisfaciant,illæ possessiones sunt obligatæ. quas uendant & ex eorum precio satisfaciāt. Sed certē hoc idē esset si illæ possessiones fuissent alias de lìcita pecunia acquisitæ.Nō ob.quod no.Gui. in spec. dē usu.ad finem per decr.cum tu.quia eadem est responsio. Item quia ista domina nō recepit aliquam rem emptam de pecunia usuraria.Item non ob.l.si me & Titium,quia ibi recepit ille saltem debitam creditori & de uolūtate creditoris, hic uerò ista dña nec pecuniā creditorū patris nec eis debitā recepit.sed de pecunia hæredū mariti sui,quæ i nullo erat debita creditorib.soceri dotes recepit.Nec ob.l.si eū.eo.ti.qa ille receperit seruum alienū. Vnde tenetur eum restituere uel eius preciū si ipsum uendiderit quod nō est i casu nostro.¶Non ob. ꝙ no. Host. in summa in ti.de pe.& re.de eo qui recepit de præda cū usura nō sit præda &c. quia fateor ꝙ qui recepit præda tenetur restituere.sed hoc non est in casu nostro.Itē usura nō est præda. ꝙ patet ex qualitate pœnę. Nam ubi est diuersa pœna ibi est diuersitas in delicto.quia pœna est mēsura culpę. Ad huc facit quod no.de symo.licet Hely ad fi.Itē nō ob.ff.de his quę in frau.cre.l.ult. §.j.quia ibi præsupponitur ꝙ socer in fraudem credito rum dotē cōstituit.quod nonpręsupponitur in casu nostro.¶Et si dicis uidetur fraudē cunstituisse.per id quod no.de reg.iu. c.pro possessore.lib.6.Rńdeo ꝙ non est uerum ꝙ qui dolo accipit præsumatsemper dolo desisse posidere. Sed pater pōt desinere pussidere dolo & sine dolo.Sed quātum ad ipsum nō est ius,quia semper pōt conueniri ac si posideret.Sed secus est eo qui ab ipso bona fide recepit

ADDIT.

¶Distinguit in personam recipientis. nam ex parte dantis. semper reperitur fraus.titulus autem dotalis non est lucratiuus.ut de act.& obl.l.ex præmisis.

¶Fed.de Petru.de Senis loquitur hic cuidam aduocato.

SVMMAE.

1 *Testator dicens hac uerba uolo quòd usuræ per me extortæ restituantur:an eo habeatur pro confesso: & an obligationem restitutionis inducant.*

2 *Fama an probet quem usurarium.*

QVAESTIO LXIIII.

1 PRIDIE cum procurator partis uestræ contulit super puncto finali uidelicet an uerba testatoris essent sufficientia ut diceretur per illa confessus se usuras extorsisse. ut sic diceretur manifestus & non præstitisse idoneā cautionē.& sic incidisse in cōstitutionē epalē. Itē testator dixit uolo quod usuræ ꝑ me extortæ restituantur eis qui probabunt se mihi usuras dedisse,ꝙ mihi nō est bene certū.cū sicut allegabatur per partē aduersam uerba illa de sui natura importāt tm̄ obligationem quandam ex parte restatoris. Et tunc demum sortiatur suum effectū. huiusmodi obligatio cum appareuerit aliquis petens usuras & probet se soluisse. Nam expressio sibi facta his qui iustē peterent uel id qđ ita simpliciter locutus fuerat testator dicens se uelle restituere omnes usuras per eū extortas non uidetur operari aliquid ut plus uel minus posset peti cum semper il la tantum quis posset petere quas probabit se soluisse ut pridie dicebatis:placet suphæc uidere & mihi rescribere satis ꝓmpte,cū istet finis termini sicut scitis. Valete.

¶Impugnatio facta per dominum Arnoldum.

¶Domine miror de dubio supradicto.Nam confessio facta in testamento hunc operatur effectū,quia cēsētur usurarius

rius manifestus non tamen operatur ꝙ ipse teneatur ad
restõnem nisi iustè pendentibus, Ita quod adiectio nihil
operatur quo ad restitutionem & pro nihilo fuerint ap
posita quia intelligebatur. Sed dicta uerba quibus mãda
uit ut restituerentur usurę per eum extortę faciũt eũ usu
rarium manifestum. quo ad hoc saltem ut eius testamen
tum non ualeat & quod careat sepultura. Et de hoc quæ
ritur non de restõne usurarum. & illa uerba usuras ꝑ eũ
extortas faciũt plenam confessionem quod exercuerit
usuras ipse & non alius. & hoc requirit cõstõ epi quãuis
non fuerat confessus de certa quantitate, quod non re-
quirit constitutio. Et si prædicta uera nõ essent uerba te
2 stõris nihil operarentur, quod absurdum est. ¶ † Preterea
solẽnis fama. cũ varijs adminiculis & pluribus istrumen
tis est probata, quæ facit eum notorium sm̃ no. in cap. cũ
in dioceси de usuris.

¶ Impugnatio impugnationis facta per Federicum.

¶ Respondens miratus fuit de dubio cõsulentis. & ego plus
admiror de rationibus rñdẽtis. Mirabile est dicere quòd
ista uerba testatoris sint sufficientia ad annullãdũ testa-
mentum, & tñ non sint sufficiẽtia, ꝙ usura aliqua certa
uel incerta ex illis uerbis peti possit, & sic illa cõfessio
claudicat ꝯ omnia iura. Item certum est ꝙ si ꝯ aliquẽ age
retur de crimine nõ sufficeret opponenti dicere ut com
misisti usuras, periurium &c. nisi alia declaratio fieret. de
procura. iuræ. de testi. præsentiũ li. 6. & eo. li. de elec. ut
circa & eo. ti. c. cõstitutionem in clemen. ubi expresse hr̃
ꝙ etiam ex post facto nõ admittetur ad specificandum
circũstãtia criminis. Sed quare immoramur uerbis? Ver-
ba enim illa nullam cõfessionem pariãt, nec per hoc ꝑ
batur ꝙ usuras exercuerit. Nam si sentẽtia iudicis hoc cõ
tineret. Vt si dico cõdemno te ad restõnem dotis, quam
recipisti, nullam habet auctoritatem rei iudicatæ, C. de
sentẽ. quæ sint cer. quanti. l. j. & ij. Item si testator dicat
dotem quam a te recepi, lego. ¶ Item quod tibi debeo re
linquo. nihil operãtur ista uerba ut C. de fal. cã adiect. l.
iij. ¶ Mirabile est quod alia uerba pariant confessionem,
& crimen manifestum post mortem, cum tamẽ si uiueret
testator in nullo sibi præiudicaret talis cõfessio. item ta
lia uerba sunt narratoria, quæ nõ probant ut de priuil.
Addi. j. c. si Papa li. 6. & ibi uidete in sexto meo unam no
tulam optimè facientem ad hoc de senten excommuni.
si summus 2. responso in clemen. Vnde cum statutum epi
scopi exorbitet a iure communĩ non est extẽdẽdũ sed re
stringendum, & in dubio semper facienda est interpreta
tio secundum ius commune. ut de consuetu. cũ dilectus.
& quia est ita ut supra dictum est. Ideo respondens re-
currat ad beneficium decre. cum in tua. & ad gloss. suam
de usuris. ¶ Ad quod responderi potest primo quod illa
probatio uendicat sibi locum quantum ad hoc ut habeat
locum pœna lateranensis concilii. Nõ autem pœna. d. c.
quãquam e. ti. li. 6. maximè cum testamentum sit fauora
bilis res de re iudi. ca. ulti. Item per hoc cõsulitur animę
usurarii ut rubore cõfusus abstineat. ꝙ non habet locum
in casu nostro, cũ iam sit relictum diuino iudicio 23. di.
quorsidam. ¶ Præterea in illa decretali, cum in tua. & ca.
cum tu. sunt ferendæ sententiæ non latæ ut dicit Host. i
c. cum tu. præterea fama cum adminiculis sunt sufficien
tia. ut per hoc episcopus possit illum publicare, ex qua
publicatione & nõ aute pot dici usurarius manifestus. &
ita ad literam no. Guar. in c. usurarum. usurã. & in c. quã
quam & remittit ad glo. suam positam. in ca. usurarum.
Præterea ubi sunt ista adminicula in casu nostro. nã om
nes testes sũt singulares, & sunt suspecti. quia de facto ꝓ
prio. & similitudo causæ repellit à testimonio. de test. ꝑ
sonas, nam si ferretur sententia contra testimonium ali
quod perfectum esset ablatura sentẽtia, iste quomõ suas
usuras repeteret? quam ideo ꝓpter modicũ appellat hæ-
res a sententia lata cõtra cohæredem ut ff. de ap. a sentẽ,
tia ĩ pri. Et diceres quòd cõstõ episcopalis habet tales
probationes pro sufficienti probatione. Respondeo du-
pliciter. primo quòd cõstõ exorbitans a iure cõi nõ extẽ
dit casum proprium. nam idem ꝯ usurarium ut ex hoc cõ
pellatur ad restõnem, nõ autem ex hoc ut testamentum
sit nullum. item fictio illius cõstõnis operatus ꝙ crimẽ
usurarium sit probatum. Sed hoc nõ sufficeret ĩ casu no-
stro: quia requiritur crimẽ qualificatum. s. manifestũ, illa
debẽt sufficere uobis ut occurratis fugæ. quia pars q̃ pu-
gnat contra testẽ impedit redditionem consilii. domina
habet fauorem: quia stat pro testamento.

ADDIT.

¶ Priuilegiis. in isto c. no. Archid. quòd si Papa dicit eximi-
mus omnes ecclesias, q̃ ꝑ uos sumpserunt regulam Beati
Benedicti, quasi his uocabulis duximus ĩprimendas nul-
la ecclesia procuratur exempta nisi primo probauerit,
quòd per eos regulam beati Benedicti sumpserit.

¶ Responsio facta super pluribus dubijs Fede. de Senis.

SVMMAE.

2 *Legatus de latere an possit cõferre beneficium in quo & ad quod habet præsentare præpositus ciuitatis, uel uniuersitas uel homines eiusdem.*

2 *Præsentatio fienda ab uniuersitate, an sufficiat esse factam a maiori uel saniori parte uniuersitatis, uel rectoribus ipsius.*

QVAESTIO LXV.

INfrascriptæ quæstiones non sunt leues una quæque
per se requireret longam & scholasticam dispu-
tationem: tamen sub compendio uerborum id eli-
gam, quod magis uidetur consonum ueritati & ra-
tioni. Et quicquid infra dicetur correctori ueniaiis su
1 bijcio. ¶ † Ad id quicquid primo q̃ritur an Legatus de la
tere possit conferre beneficiũ in quo & ad quod hẽt prę
sentare præpositus Casulaneñ. & Vniuersitas & homi-
nes eiusdẽ uillæ forma & mõ ĩ instrũ cõpositionis & lau
di &c. Sic respondeo. ꝙ si illa uniuersitas. ¶ Addi. j. ut pa
trona haberet ꝓsentare Legatus non posset conferre, ut
de iure patro. cũ dilectus. Et ista est communior opi. quã
ꝯria de qua ibi no. per Io. & per Archi. 81. dist. hortamur.
& in Spe. delega. §. nunc tractemus. sed nunquid lega-
tus. sed si habẽt præsentare de consuetudine, tũc possent
ut in casu de elect. querelã. & in casu nostro, q̃ consue-
tudo an ualeat dubitat a pluribus ut de cle. sacrosanctæ.
& plenius ꝑ Archid. in c. hortamur. ꝑ lenè per Ioan. An.
de reg. iur. quod alicui. li. 6. in nouella tunc dico stãdum
regulæ q̃ habet quòd Legatus põt conferre beneficia in
tra suam legationẽ uacantia ut de offi. leg. c. 1. li. 6. nisi ꝑ
ueniatur ab alijs qui præsentare habẽt ut de præben. si a
sede. eo. tit. ¶ Ad id quod secũdo q̃ritur posito quòd pos-
sit cõferre dictam ecclesiam cum uacauerit cui nondum
fecit. Respondeo ꝙ beneficium non uacans non põt cõ-
ferri simpliciter ut de cõces. præbẽ. c. 1. nec põt conferri
cũ uacauerit, nec acceptari certum & expressum benefi-
cium de conces. prębẽn. c. ij. & c. proposuit. & c. dilectus
de præben. cũ similibus. unde in c. 1. ĩ glo. de conces. præ
ben. reprehenditur executor, qui cõtulit antequam uaca-
ret. Ad idem eo. tit. ne captandę. & hoc est indubitatum.
Sed Legati cum uolunt tribuere ius ad uacaturam faciũt
reseruationes quòd eis licet de offi. leg. c. 3. de præbẽ. si
apostolicæ li. 6. & de iure patr. cũ dilectus. quandoque de
primo beneficio uacaturo: quãdoque cum clausula quod
duxerit acceptandum. ¶ Ad tertium cum quęritur an Le-
gatus possit uices Prepositi Casulanen. ut dixi, si uerò ua
cat

erat potest reseruari ut dixi. ¶Item posset Legatus antequam præueniretur à Præposito nomine præpositi eligere vna cum sindico illorum hominũ,uel quod melius est potest conferre cum consensu sindici uillæ illius. Itẽ põt Legatus pueniendo præpositum præiudicare præposito,dũmodò non pueniatur:tamen ista cõmisio non potest fieri antequam ecclesia uacet ut infra dicã. ¶Ad id quod dr̃ quarto loco an homines debeant præsentare in forma uniuersitatis &c.Respondeo ex forma laudi & cõpositionis apparet ꝙ hæc præsentatio pertinet ad illos tanquam ad corpus non tãquam ad singulares, unde tãquam Vniuersitas debent eligere,uidelicet aduṅati more solito per illum ad quem pertinet congregare,eligere di co illos quatuor,ꝙ habent eligere rectorẽ, & si in discordia fuerint,ualebit & tenebit quod fieret à maiori parte capituli,seu cõsilij: nec est necesse ꝙ duæ partes sint præsentes in consilio dũmodò fuerint legitimè conuocati. Nam præsentes possũt pcedere ad præsentationem, & ualebit ꝙ fit à maiori parte ut cõiter no.de elec.cum à no bis olim.& est spãle i electionem cum aliàs in aliis nego tiis uniuersitatis duæ partes debent esse præsentes, ff.qđ cuiusq; uniuer.l.nulli.& l.seq.Facit ad præmissa de rebus eccl non alien.dudum in glo.fin quod no.Et dato quod præpositus haberet secum aliquam partem Vniuersitatis si non habeat maiorem partem nihil releuat sibi nec eius uoces augentur.Et facit quod expresse scripsi.in disputata quæstione paduæ, quæ est quæstio scripta per Io.And.de app.c.pen.in nouella.lib.6.Et facit quod no. ne sede uac.in c.unico in glo.loci dixi lib.6.Et si isti rustici erunt in tãta discordia ꝙ nõ possit perueniri ad maiorem partem ipsorum imputabitur eis. Nam nisi concordent infra tẽpus iuris deuoluetur eorum ius ad præpositum ad quẽ alias pertinebat admissio præsẽtationis,
a facit de cõcess.preb.postulasti.¶ † Quinta uerò qõ est iã sopita,qa non est necesse ꝙ duæ partes consentiant, sed sufficit qđ facit maior pars,& non est necesse,ꝙ duæ partes sint præsẽtes,immò quæcũq; sunt præsentes dũ aliter legitimè sint cõuocati,& hoc sufficit:tamen ad tollẽdũ omne dubium bonum est ꝙ duæ partes sint præsentes, & preualebit id qđ facit maior pars illarum duarum partiũ uniuersitatis, nec uocabuntur mulieres, nec impuberes: sed illi solum per quos solet regi & gubernari Vniuersitas,de hoc per Host.de no.oper.nun.c.ij.sed si aliqs hẽret pñtare noĩe patroni,tũc impubes per se uel p procuratorem eligit:facit quod no.de elec.cx eo.lib.6.& etiam mulieres de concess.præb.c.ul. ¶Sexta dubitatio est sopita, quia si homines sint discordes nisi reducantur ad concordiam,ita ꝙ ueniatur ad maiorem partem, ut sæpius dictum est,nihil faciunt,ut supra dixi. ¶Ad id quod septimo loco quæritur infra quod tẽpus habeat præsentare. Respondeo,ꝙ si Vniuersitas illa haberet præsentare sine Præposito haberet quatuor mẽses. Si Præpositus haberet præsentare sine illis,haberet sex mẽses:sed ex quo habebunt præsentare cõmuniter habebunt sex mẽses. Nam propter cõmunionem quam habent clerici cum laycis si ue layci cum clericis gaudebunt priuilegio clericorum. & ita no.per Io.And.& Archid.de iure patr.c.uno.lib.6. in gl.ult.per l.si cõmunem.ff.quemad.ser.amit.Sed quid si uniuersitas non præsentat ut patrona:sed alias de consuetudine in quo casu Legatus potest præiudicare, ut dixi supra in primo dubio.Au quatuor uel sex menses habebit:uidetur ꝙ sex per regulam de cõcess.preben.c.ij. ed cum ex consuetudine uniuersitas acquisierat ius præsentandi,uid :tur quod debeat censeri,ac si ab initio fuisset patrona.Item quod si ex priuilegio Papæ aliqus habet patronatum uel eius præsentãdi,an censebitur ut lsy cus,an ut clericus,uide in nouella de præb. c.ij.super gl. antepen.¶De forma præsentationis & electionis patet instrumento compositionis,quia Vniuersitas elegit quatuor,& Præpositus elegit tres, & illi septem procedunt ad præsentationem:nec puto quod isti quatuor uel tres possint alteri cõmitere uices suas ut eligãt nisi habeãt potestatem ab eligentibus,ut no. Archid.de elect.si quis iusto lib.6.licet alij notent contrarium. Sed si Vniuersitas & præpositus uellent concordare,possent in unum uel plures cõmittere uices suas & potestatem pñsentãdi. ¶Ad id quod subseqũter quæritur an posset fieri remissio de uocibus & potestate præsentandi ante quam uacet ecclesia.Respondeo quod non. Ad hoc, de electione si cõpromissarius lib.6.& ibi de hoc per Archid. Ad quod facit de concess.præben.constitutus,arg.eo.tit.c.j. lib.6. ¶Ad id quod ultimo quæritur quod remediũ potest adhiberi ne præpositus & homines præueniant Legatum. Respondeo fiat permutatio per manus Legati si uult ille infirmus,tamen ista permutatio facta in articulo mortis non est multũ honesta nec secura,uel ille qui spectat habere ecclesiam impetret literas super uacaturo in plebanatu Casulanẽ.sed caueat sibi ne sint ibi alij expectantes sub simili forma,& præsentet literas,& faciat fieri processus,& inhibitiones in forma consueta:alias male potest dari remedium si præpositus & homines sint in cõcordia quia potuerunt præuenire Lagatũ,ut supra dixi. ¶Ad id quod superius omissum est,an præpositus solus, an simul cum capitulo habeat illas tres uoces.Respõdeo ex forma laudi solus præpositus tantũmdò habet tres unces,sed licet ita esset cum præpositus simul eligit cum capitulo,tamẽ cum eius capitulum sit in quasi possessio ne p illas tres uoces nõ debet priuari illa quasi possessione,& hoc est consonum iuri & æquitati:pro quo facit de his quę fi.a prela.quando.& c.nouit,& c. ea noscitur.

ADDIT.

¶Vniuersitatis.Et sic ex persona Vniuersitatis non potest, ꝙ alias poterat ex persona præpositi,simile de iure patr. c.uno.lib.6.

Federicus de Senis decretorum doctor.

SVMMAE.

1 *Appellari ab interlocutoria quando liceat.*

2 *Pactum etiam iuratum,ne dictum arbitratoris reducatur ad arbitrium boni uiri an sit ualidum.*

QVAESTIO LXVI.

Cum sm̃ pręposita per uos,non restat alia diffinitiua potest purgare contumaciam: sed ne
1 cesse est eum soluere. Satis uidetur quod † etiã sm̃ leges possit à tali iterlocutoria appellari. nam doctores tractãtes de hac materia innuũt ꝙ demũ sm̃ leges põt appellari ante sñiam quando interlocutoria portat secum suam executionem, ut uidelicet quãdo grauamẽ illatum per interlocutoriam non potest reparari per appellationem interponendã diffinitiua. Nã si à tali interlocutoria nõ possit appellari lex hoc dicẽs esset iniqua,quia præstaret occasionem Iudicibus perperam interloquendi in tali casu,arg.ff.de pac.l.si unus,§.
2 illud.Et ob hoc dicunt quidam legistæ,ꝙ † non ualet pactum etiam iuratũ ne dictum arbitratoris reducatur ad arbitriũ boni uiri;quia datur occasio futuro dolo,ut no. Guil.in Spe.de arb.§.ult.uersi.quid si compromissum in 3.col.præmissam materiam tractat Guil.in Spec.de ap. §.in quibus.uer.sed nunquid potest,& p Inn.de no.ope. nun.c.pen.& tangitur,ff de app.non re.l.ante sententiã. Item tale præceptum in effectu habet uim diffinitiuæ & pro diffinitiua debet reputari,ut no.de excep.peremptoria de app.c.ult.in gl.ii.in fi.in cle.ergo.ab ea ut a diffinitiua potest appellari.

¶Collatio habita per do. Feder.de Senis cum quodam doctore super c.ii.de testa.lib.6.

SVM-

SVMMAE.

1 *Executoribus pluribus simpliciter constitutis an minor pars mai ore nolente, uel impedita; uel discordante; poterit exequi.*
2 *Argumentum de executoribus ad tutores, an procedat.*
3 *Argumentum à simili corruit data dissimilitudine.*

QVAESTIO LXVII.

PONE quod sunt quatuor uel quinque executores simpliciter dati, nunquid minor pars maiore nolente uel impedita exequi poterit? Istud c.uidetur innuere q hoc procedit quando sunt duo executores uel alias pari numero. nec est eadem ratio quando discordia est in numero dispari ut de re.iud. c.ult. ¶Alij dicunt q istud.c.hoc intēdit quādo sunt dati simpliciter intelliguntur dati esse insolidū. Sed hoc non uidetur esse uerum, quia tūc erat necesse scire de uoluntate uel impotentia executoris ut s̄.de off.dele.cum plures.j.responso. Item tunc unus potest præuenire alterū ut ibi & de procura.si duo.eo.ti.quo duo cessant casu nostro. ¶Alij dicunt q nō intelliguntur esse dati insolidū sed simpliciter ut litera sonat, tamē si plures nolunt uel nō possunt in unū recidat executio, sicut innuitur in tutoribus.ff.de admini.tu.l.decreto in fi.& l.iij.§. apparet
2 cum.§.seq.Sed non est dubium q †magna differentia est
3 inter eos & tutores †& argumentum a simili destruitur
quando potest reperiri dissimilitudo aliqua ut 1.q.1.§. dum ergo post.c.nūquam diuinatio. Vide aliquid de hoc in Spe.de instr.ædi.§.nunc uero in 3.col.ner.quid si sunt plures. ¶Quidam.s.dominus Arnoldus super hoc iterrogatus rescripsit credo primo aspectu q sint tres; siue quatuor siue duo non insolidum deputati fuerit unus solus cęteris impeditis, uel nolentibus poterit exequi & sic ītelligo.§.sanè. Primo qa generalis est ratio, ibi nè uolūtati testatoris &c. Secūdo quia si hoc non esset non uideo quare dixisset pluribus non duobus. Tertio quia sm hoc nimis esset arta prouisio huius decretalis quia solū haberet locū quando duo essent executores uel dati in numero pari. sed quia ut plurimum in numero dispari dantur arctari non debet fauor. Non obstat unus uel alter, imò facit, pro si consideretur uerbum pluribus non duobus. sed sit sensus si plures sint executores dati pares uel impares unus solus posset exequi aliis nolētibus uel impeditis. Sed certè ista decretalis potest habere locum etiā si fuerint dispares ut uno ipedito ex tribus duo possent.& satis est magnus fauor in hoc, qa de iure cōmuni uno ex tribus datis simpliciter impedito duo non poterūt procedere de off.dele.cām.& c.uno.& iō cum à iure cōi exorbitet illa decretalis non ampliabo uerba: Graue est dicere qđ si testator cōstituti quator uel qnq; executores quos unus solus posset.plus.n. est à uolūtate testatoris recedere si ex quatuor unus exequaẗ q̄ si ex duobus unus exequeẗ optimè facit qđ no.de arb.c.2.ī gl.pe.e.li.
¶Consilium domini Abbatis de Podio Bonazi.

SVMMAE.

1 *Priuilegium quando dicatur reale uel personale: & quādo transeat in successorem.*
2 *Episcopus dicitur esse in ecclesia, & ecclesia in episcopo.*

QVAESTIO XLVIII.

SVper eo quod quæritur in dubium reuocatur
1 †priuilegium concessum Massañ. episcopo continens, q nulli possit in ciuitate & diœcesi Massan. absq; ipsius cōsensu de beneficio cū cura, uel sine, prouideri. dici & iudicari debet reale, & ipsi ecclesię uel eius intuitu fore concessum, & cōsequenter ad successores transire. An dici debeat personale adeò q personam epi qui tunc erat nō transgrediatur sed finiatur cum eodem. Attenta forma prædicti priuilegij, & eius materia plenè discussa dico. Ego Petrus Abbas de Podio Bonazi super isto consultus salua semper in omnibus ueritate, p̄dictum priuilegium fore & iudicandum esse reale. Et qa superflua nihil habent honestum, exclusis ipsis ponā breuiter quę me mouēt. & dico q forma priuilegij hoc probat expresse. Nam uenerabili fratre Massañ.epo priuilegium ipsum dirigitur, ut patet eius nomine nō expresso proprio. in quo casu rescriptum etiam contentiosum & odiosum & restringēdum extenderet̃ ēt ad successores, quia nec personæ nec eius intuitu sed dignitati uideẗ interpretandum fore cōcessum ut c.quoniam abbas de off. dele.cum sua materia.& hic est ēt casus. Item rōne materiæ contentæ in eodem priuilegio. Nam indulget episcopo ut in sua ciuitate uel diœcesi nō possint beneficia impetrari sine eius consensu, quæ gratia seu indulgētia non epm personaliter, quia nihil ad personam eius iquātum est Io.uel Petrus, sed ecclesiam ipsam contingit. & in tali casu etiam si nomē proprium esset expressum in priuilegio iudicaretur intuitu ecclesiæ esse cōcessum ēc nō esset cōtentiosum rescriptum ut est casus in gl.decr. dilecti de foro cōp.multo ergo fortius in priuilegio qđ est fauorabile; & largam recipit interpretationē. ut uidetur in c.olim.de uer.sig.& ff.de cōsti.prin.l.ult.& hoc probatur quod no.de cōsti.c.1.ibi qd si abbas sanc. &c. Nec obstāt uerba in priuilegio posita. ibi tuā psonā &c. Nā eius est administrator & ipsum representat & eius negotia gerit. Ad hoc accedit decr.edoceri de rescr.cū ibi
2 no.& †eps est ī ecclesia & ecclesia in epo.ut 7.q.1.scias.
nec est specialis ratio quare intelligatur concessio facta epo personaliter, & nūquam iudicabitur quod nisi ecclesiæ & eius intuitu, sit facta epo personalis: ut 12.q.3. Pōtifices.& c.requisisti.de testa.nam ut superius est dictum cōcessio facta est epo in qua etiam si nomen eius exprimitur si res super qua cōceditur tāgit ecclesiam ut in casu nostro realis est.& tunc si nomen eius exprimitur nō fit ut eam faciat personalem. sed ut uideatur ī cuius psona facta sit concessio ipsi ecclesię: ut l. talè pactum.ff.de pac.cum similibus.& accedat decr.cum uenissent.& de īsti.cum sua gl.& quę no.in c.significauit de rescr.maximè per Host.dic ut no.de reg.iu.priuilegium in nouella. & hic breuiter scripta sufficiant.

SVMMAE.

1 *Expectatiua per Papam duobus successiuè & in eodem loco collata; si secundus impetrans primum præuenit in acceptatione an obtinebit.*
2 *Generi per speciem non derogatur in priuilegiis & literis gratiosis,*

QVAESTIO LXIX.

1 CAsus talis est. Bindus Petri †clericus Florentinus impetrauit à domino Benedicto Papa. XII. generales lteras in forma pauperum ad dominum Epm floren. quę literę incipiunt Benedictus eps &c. Constitutus in pręsentia nostra dilectus filius Bindus natus dilecti filij Petri Floreñ. pauper clericus flore. &c. & finiunt Datum Auenione.15.calen.Martij, Pōtificatus uostri, Anno primo. Demum Io.de crapula ab eo domino Benedicto speciales impetrauit literas in ecclesia S.Laurentij florē.& habuit canon icatum ab ipso Papa sub expectatione pręben dę quam duxerat acceptandam infra mensem &c. quę literę sic iocipiūt Benedictus &c. Exigentibus tuę probitatis.& finiunt, datū Auenione.

Auenione. 7. idus Nouẽb. Põtificatus nostri anno3. per executores utriusq; facti fuerũt idonei processus ẽm for. mã literarũ & presentati priori & canonicis S.Laurẽtij demũ anno domini.1319.die.14. uel circa mẽsis Martij uacauit canonicatus & prębẽda i dicta ecclesia per mor tẽ I.oll canonici quidẽ ecclesię,quos canonicatũ & pbẽdã utrq; ipetrãs acceptauit ifra mẽsem & ifra mensem cuilibet p executorẽ collati fuerũt. Sed Io. secũdo impetrãs puenit in acceptatione & collatione primũ i-
1 petrantẽ.†Quæritur quis ipsorũ sit potior in assecutione dictæ præbẽdæ.Et quãuis aliquis diceret q̃ q̃stio siue du bitatio solui poterit p id quod legit & no.de cõcesſ.præ bẽ.c.uno i cle.tñ nõ obstat,qa ibi nõ assertiuẽ scribitur. & argui tur primo quòd primus sit potior p regulã qui prior est tpe &c.de præbẽ. c. cũ cui.lib.6.& de reg.iu.q prior est e. lib. Et hoc uř ẽt locũ habere si secũdus prius quã primus canonicatũ obtinuit ut de rescr.tibi qui lib. 6.& de pbẽ.si apostolicę e.lib. Et facit quod no. p Arch. de rescr.duobus super uerbo canonicatũ cõtulimus. Ad
2 hoc de off.dele.ea parte.†i priuilegiis nãq;& literis gratiosis p specię nõ derogatur generi aliàs posset reddi priuilegiũ & litera gratiosa generalis totaliter inutilis ut plenę no.25.q.2.i summa pro primo ipetrãte facit clausula mẽsis,i suis literis appo sita ut de cõcesſ.prebẽ.c.uno. uer.secus autẽ i cle.ĩ quẽ mẽsem do. Benedictus ihibuit beneficiũ ad præbendã alicui cõferri,quæ inhibitio etiã sine reseruatione & decreto sufficit de cõcesſ.pbẽ.si so.li. 6.¶Itẽ do.Benedictus in literis cõcesſis Io.noluit prçiudicare receptis uel expectãtib.autoritate sua ut ibi patet manifestẽ.& p hac parte facit quod no.Io.& Pau.de cõ cesſ.pben.c.uno.uers.secus i gl.j.cle.¶Sed cõtra.nã prębenda uacatura in ecclesia. S. Laurẽtij fuit affecta pro secundo impetrãte ante existentiam condõnis appositę in literis primi impetrantis. & sic secũdus est potior de rescr.si pro te.lib.6.nec est uis ante conditio pendeat à uoluntate ipetrantis,an extrisecus,imò minoris efficaciæ uidetur conditio pendens potius intrinsecus quàm extrinsecus,ut ff.de cond.& dem.l.ij.¶Item dn. Benedictus tacitẽ dedit intelligere in litteris primi quòd post prçsentationẽ literarũ,& processuum p eas habitorum ligarentur solum manus ordinarij,non autem executorũ ut patet in fine literarum ibi. Præfato enim priori &c. ¶Item istud est bene aduertendum. Primus ipetrãs non poterat acceptare canonicatũ,ante collationẽ prębẽdę sibi factã per executorem . immò plus uidetur quod executor,quãtum ad canonicatum dies erat ad complẽdum.ut de prçben.si clericus.lib.6.& in prin.literarum ibi.postquam sibi de ipso uacante prouisum fuerit in canonicatum recipi & in fratrem.Sed hoc nec acceptans, nec executor seruauit , sed formam mandati trãsgresſi sunt & nihil ualuit quod fecerãt.nec est utile, quia trãsgressio mandati totum reddit inutile de rescr.cum dilecta cum sua glo.Item cũ in ecclesia S.Laurentij sit statutũ quòd tẽpore electionis & assumptionis debeat esse recipiẽdus in certo ordine quo carere dicit primus impetrans uidetur litera sua nulla de rescrip.constitutus.de cõsti.cap.1.lib.6.Nec ostat de prębẽ. si pro clericis. lib. 6.quia illud obtinet cũ in ecclesia non est statutũ cõtrarium.Item in literis primis si diligẽter inspiciatur nõ est aliqua clausula derogatoria specialis uel generalis quę deroget illi statuto.Non ob.de prçben.c.j.lib.6.Nã statutum ecclesię cui derogatũ nõ fuit requirit quod ,p tẽpore quo reperitur sit incerto ordine.¶pro secũdo ipetrante facit de prębẽ.dudũ.& eo.tit.quãuis.2.lib.6.q̃bus ẽm aliquos posset respõderi quòd ibi nõn fiat alicui pãudicium, quia nulli ius quęsitum erat p proprias literas. ¶Item aduertendum est quòd primus impetrãs ante uacationem nõ erat receptus in canonicũ S.Laurẽtii nec recipi poterat,nec propriẽ expectabat prębendã in ecclesia. quia ex euentu conditionis pendebat an potuerit dici expectasse præbendam in dicta ecclesia quia omnes præbendæ sunt ibi maioris ualoris quàm expresſũ in literis.quia ergo solum receptis & expectantibus præbendas auctoritate Benedicti debet postponi secundus impetrans ut ẽx literis patet.sequitur quòd aliis impetrãtib. etiam ab eodem Benedicto pro quibus non erat effecta prębenda debet pręferri secundus impetrans. Ex quibus iuribus credo dictum Ioan. potiorem in dicta pręhenda. Non ob. q̃ primo dicit q̃ qui prior est tpe &c.quia illud habet locũ cũ utriusq; par est cã,ut no. in regula q prior. & de prębenda hi qui lib. 6. Sed in casu nostro nõ est sic, tum quia pro secundo fuit affecta prębenda à princ.tum quia citius ad conditionem peruenit,& si nũquam perue nisset tamen ratione canonicatus debet habere prębẽdã. Item non ob.c. tibi qui.& c. si apostolicę.Nam ibi q̃ gratia utriusq; erat pura & nulla erat ibi inæqualitas gratię nisi in tẽpore.sed hic plura suadent pro secũdo q̃ pro primo. Pro primo uero facit sola prioritas temporis.Nec perfunctoriẽ prętereundum est q̃ prima litera est in forma pauperum.secunda est gratiosa cui plus fauor debet, ut põt colligi de præbẽ. si pauper clericus.lib.6.cõiũcto cum.c.gratiæ de rescr.in cle.Itẽ non ob.qđ dicitur quòd p specię derogat generi.&c.Nam illud habet locũ qñ per primas generales literas est alicui ius quæsitum ad præbendam.sed secus est in casu nostro.nam ex futuro pẽdet euentu quod ius acquiritur primo in beneficio minoris ualoris.ad hoc de præben.dudum ad fi.lib.6. Item non ob.clausula mensis positi in primis literis.primo quia ante uacationem erat effecta præbenda.Secundo quia iam canonicatum obtinuerit.Item exprimendo q̃ p præsentationem literarum & processuum ligarentur manus ordinarij.dedit intelligere quod non ligarenẽ manus executoris de præsump.nonne.Itẽ non sine cã in his literis primi non fuit clausula decernens quę est in literis secundi. quæ clausulam nõ est dubium aliquid operari de rescr.ti bi qui in fi.& de concesſ.pb.c.1.§.ea tpe lib.6.Itẽ non ob. q̃ acceptis uel expectantibus præbẽdas &c.Noluit dñs Bñdictus per secundas literas derogari &c.Nam ad hoc iam responsum est:quia ille primus nec erat receptus nec expectans. Si uero est.2.gl.de præben.c.si clericus lib.6.non est dubium q̃ quicquid fecit primus impetrans uel eius executor uel subexecutor nullum fuit,ut dictũ est supra. & sic per consequens non præstatur impedimentũ secũdo. ¶Federicus circa materiam interdictorum Ecclesiasticorũ.

SVMMAE.

1 *Interdictos ad diuina recipiens:aliis circa obseruationẽ interdicti seruatis:an sit irregularis.*

2 *Interdicti tempore quo iure non interdictis prohibeantur admitti ad diuina.*

3 *Clerici an interdicti tẽpore possint ad ordines promoueri.*

QVAESTIO LXX.

1 REVERENDE do. vicarie ad primum dubitationis articulum † quid iuris de illo qui ad diuina recepit aliquos interdictos aliis circa obseruationem interdicti seruatis,possum me breuiter expedire,& uř qđ non sit irregularis ut expresſẽ colligitur ex gl.d.Io.An.de sen.ex.c.pe.in cle.Nã ibi gl. innuit. quod interdum seruatur,licet aliqui admittantur ad diuina,dũ tamen in aliis seruetur interdictũ.¶Sed cõtra posset argui ex c. t.e.t.ibi factis.fenestris.Nã tales q̃ faciunt talia uidetur interdictum ipsum nõ seruare, ergo sunt irregulares. Sed pro Deo considerate q̃ interdictum ciuitas est inter dicta,&tñ ciues nõ sũt interdicti,ut de sen.ex.si sñia li.6.

Si ergo ciuitate interdicta, ciuibus nõ interdictis aliquis
eecipit ad diuina tales ciues aliis solẽnitatibus iterdictis
seruatis iste non uidetur puniendus per decr.eporum.du
priui.lib.6.nec per c.alma.§.adiicimus de sent.exco.eod.
lib.Nam ibi loquitur qñ interdicti admittuntur, sed isti
non sunt interdicti, ut ĩ præsupposui.& iura & priuile-
gia utuntur his uerbis eacõmunicatis uel interdictis ea-
clusis, ut patet de priuil.ut priuilegia,& c.quod nõnullis
de uerb.sign.cum in partibus.de cle.& re.quod inte.cum
2 similibus. Quo ergo iure † prohibentur isti non interdi-
cti admitti ad diuina tempore interdicti.Respondeu per
c.peregrinus alleg.pen.1.responso de priuil.lib.6.Gl.Io-
an.Andr.superius allegata non probat illud ad quod in-
ducitur. ¶Reassumendo, dico quandoque Populus seu
Vniuersitas est interdicta,& tamen non locus;& tunc cle
rici possunt alta uoce officiare interdictis eaclusis, admis
sis non interdictis,& aliundè uenientibus ut probatur de
usur.c.1.in fi.lib.6.& no.Arch.eo,lib.de sent.eacõ.si snia
in uer.ciuitas.& si tales interdicti admittantur uꝛ habere
locum.c.eporũ, licet fortè aliqui dicerẽt ꝙ c.eporum de
bet intelligi de noiatim interdictis per c.2.de sep.in cle.
¶Secundus casus est quãdoq; ciuitas est interdicta,& nõ
ciues.Nam tunc ipsi ciues etiam non interdicti,& aliũde
uenientes non debent admitti per c.1. eo.lib.6.de priuil.
& tunc si tales interdicti admittantur ad diuina aliis ob-
seruantiis interdicti rite obseruatis, non uꝛ posse dici in-
terdictum uiolari, ut dixi in prin.per gl.do.Io.And.Qua
ergo pœna puniuntur uꝛ quod puniãtur per c.eporum,&
c.autoritate.1.responso.lib.6.de priuil.interdum ciuitas
& ciues sunt interdicti, & in isto casu dicerent aliqui qđ
si interdicti in loco interdicto admittantur admittentes
sunt irregulares, quia non uidentur seruare interdictum
ut in d.c.alma.& eo.ti. c.j.in cle.sed credo ꝙ de mẽte iu-
ris sit, ꝙ tunc demum dꝛ uiolari interdictum qñ publice
& palã more solito celebratur, sicut alias dicimus de ea-
cõmunicato uel suspenso celebrante ut prius, ut de sentẽ.
excõm.c.ult. in cle.interdũ interdicti aliunde uenientes
admittuntur ad diuina in loco & in ecclesia non interdi
ctis,& tunc adhuc uꝛ habere locum.c.eporũ.interdum
ecclesia est interdicta, ita ꝙ nec clam nec secrete põt ibi
celebrari,& tunc uꝛ ibi irregularitas contrahi à celebran
tibus, de sent.excõ. is qui.2.responso.lib.6.¶Secunda du
bitatio est ista an clerici seruantes interdictum aliũde ue
nientes possint admitti ad ecclesiast.sepulturã, uꝛ ꝙ nõ.p
c.peregrinus.1.rñso.de priui.li.6.Sed ꝯtrarium uꝛ esse ue
rum.Nam decr.qđ in re indefinitè loquit.Et si diceremus
ꝯtrariũ auferretur ei potestas eligẽdi sepulturã maximè
qñ ecclesia sua esset in remotis, ar.de sepul.c.ult lib.6.im
mo plus hodie uꝛ ꝙ cum clerici tẽpore interdicti sint ha-
biles ad sacra & tenentur officiare & cõminicare, ut in c.
alma,§.adiicimus palle.uꝛ ꝙ possint sepiliri cum officio.
¶Addi.2.Mortuorum, sub silentio tñ & etiam possunt in-
3 iungi. ¶Hinc est † ꝙ sm Inn.clerici possunt tẽpore inter-
dicti ad ordi.superiores ꝓmoueri, ut no.ĩ c.nõ est despõ.
¶Item tertia dubitatio est, an corpus Christi, quod ad in-
firmum tẽpore interdicti deferrur debeat defrri cum so-
no campanellæ.Videtur omnino dicendum quod sic. Nã
concessa principali debent omnia concedi, quæ pertinẽt
ad esse uel reuerentiam principalis. Non.n.debita reue-
rentia quæ tanto sacro debetur,& quæ in honorem sa-
cramenti est inducta debet minui sed augeri:& quia hoc
non est ꝓhibitum debet seruari. c.sane de celebr.miss.&
pulsari cãpanella, ut dicit Host.ut populus audiens ado
ret, procidat, inclinet,& reuereatur: sicut alias cãpana est
signum uocans populum ad diuina.de homici. Ioannes.

ADDITAMENTA.

¶Interdictum do.Pau.tenet ibi contrarium.
¶Officio.De officio tenet Io.And.contra V.
¶Do.Ricar.Malũbræ ad consultationem Feder.de senis.

SVMMAE.

1 *Assignatio uel constitutio termini per iudicem lite pen-*
dente lata an habeatur pro interlocutoria.
2 *Defectus euidens purgatur per contrarium euidens.*

QVAESTIO LXXI.

1 SATIS uidetur etiam de iure ciuili quod † assigna-
tio uel constitutio termini sit quædam interlocu-
toria, ut ff.de arbi.l. diem proferre in prin.& ff.
de re in.l.e.quod iussit ubi de hoc.Et magis per uer
bum statuto, quòd rem perfectam & consonationem iu
ris significat, quam per uerbum assigno, ut ff. qđ quisq;
iur.l.j.§.j.Si ergo ꝯ iuris ordinem processus processibus
intricantur siue per interlocutoriã siue ipso facto ex actu
ꝓcedendi puto grauamen inferri:& ideò posse appellari
ut extra de rescrip.cum dilecta, C.de app.l.1.& de ordin
iud.l.fi.& ff.de iud.l.p minorẽ, cũ simi.Satis autem cõtra
iuris ordinem fit intricatio dum præiudicial qõni alia
admiscetur, ut patet in dictis iurib.& probatur, ff.de iud.
l.cum prior cum multis simi. Possibile est quod exami-
natio euidentis defectus nõ in occulto fieri debet sed pu
blicè, & presente eo cuius interest, & suis aduocatis &
opponẽtibus opponẽda & audiẽtibus audienda.Pro hoc
ff.de adul.l.si postulauerit,§.qõni.& ar.C.de relatio. l.j.
2 ad fi.Nam † defectus euidens demum purgatur p contra
rium euidens ut extra de pac.c.j.& aliud fit qñ fit exami
natio ea officio,& aliud fit opposita eaceptione ad peti
tionem partis, ut no.in c.si fortè de elec.lib. 6. per Bart.
Nec.n.per hanc eaceptionem quæ fit in specie tollitur il
la quæ fit generalis ex officio si in primo deficiat oppo-
nens ut ibi dꝛ.illud aũt non dubium quod in bombicina
carta & in mẽbrana & in quacũq; materia possunt fieri
autenticæ scripturæ, ut ff.de bo.poss.sm tab.l.j.in prin.&
l.chartę appellatio.Ea præmissis itaq; satis patet quid de
appellãdo p illos fieri põt, puto etiam nos appellare iu
stè posse nõ eacludendo etiam posteriorẽ appellationẽ
tempore interponendã de dolo & contum.c.vno in cle.
Et fortè utilius esset ꝙ appellaretis modò dum tẽpus ha-
betis, qa si diabolus non erit in corpore suo fortè refor-
mabit qđ iniquè ĩtẽdit,& p hoc eos magis cognoscetis.
¶In Christi nomine qui est lux & ueritas.Consultatio Fede
rici de Senis.

SVMMAE.

1 *Inhibitioni seu ordinationi Papæ, & in dubio potius obe*
diendum est quam non.
2 *Argumentum ab ethimologia uocabuli procedat in iure.*
3 *Episcopus propriè non dicitur nisi re, & nomine episco-*
pus sit.
4 *Sententia nulla impropriè dicitur sententia.*
5 *Cella unde dicta, & quid significet.*
6 *Interpretatio legum & statutorum in dubio sic fienda*
est ut ut consonet iuri communi.
7 *Vulgi opinio an sit in interpertationibus uocabulorum*
insequenda.

QVAESTIO LXXII.

BENEDICTVS serus seruorum Dei, &c. Ad
hoc distinctè prohibemus dictorum ordinum
moniales in earũ dormitorio cellas habere, si
quas uerò habent omnino destrui præcipimus
& mandamus per ministros seu visitatores in prima ui-
sitatione q̃ impendẽt monasterio eorũ cõtradictores &c.
Item in quodam dicti ordinis monasterio, est quoddam
dormi-

dormitorium in quo dormitorio quolibet soror habet suum locum dormiẽdi, qui uulgariter dr̃ cella seu cellula quæ murata est, & superius est aperta in qua habet lect̃, in quo iacet: & quælibet cellula habet introitu ex parte inferiori uersus terrã, in quo introitum est ostium quod claudit introitum ex parte inferiori uersus terram ꝑ mediam staturam hominis uel quasi: desuper aũt est dictus introitus apertus, & in pariete ipsius cellulæ qui ex parte uiç est, sunt sex fenestræ quarũ quælibet est mẽsura unius pedis, ꝑ quas fenestras & ostium possunt conspici stantes in cellulis ab incedentibus, transeuntibus, & stantib. ꝑ dictam uiam & in dicta uia: nũc quæritur an dictæ cellulæ uigore dictæ constõnis ueniant destruẽdæ, an sic possint remanere sine offensa dictæ constõnis. Et uĩ primo quod ueniant destruendæ. nam papa mandando quod cellulæ destruantur de his cellulis sensisse uĩ, quas cõmunis usus & modus loquendi cellulam nominat & reputat, & uulgus in talibus opinatur. ad hoc de spon. c. ex literis. & bene facit qđ no. de dicta uulgari & legali de rescr. nõnulli. ubi cõmuniter no. per doc. quod de dicta uulgari intelligẽdũ est, nec põt hic intelligi de cellulis separatis a dormitorio: qa tunc ille de iure cõmuni non possunt haberi, ut 18. q. 2. nullus. & c. perniciosã. & 20. q. 2. monachum. Tamen quia constitutio expresse loquitur de cellulis existentibus in dormitorio, dicta cõstitutio sic debet intelligi ut aliquem sortiatur effectum, & ut in aliquo ualeat & non pereat, de uerb. sig. Abbate. ff. de leg. 1. si quando. Si. n. non cõprehenderet dictas cellulas erit frustra dicta constitutio, & ut usui patebit, da & ostẽde mihi cellulas quas

2 cõprehẽdit. ¶ † Præterea in dubio & in re dubia potius est obediendũ q̃ nõ. nã in altero nullũ in altero aliquod põt esse peccatũ de ele. exc. mi. tud. Sed cõtra certũ est ꝙ a significatione uerbi nõ est recedendũ nisi qñ constat uoluntatẽ scribentis aliã fuisse, simile, ff. de leg. 3. l. nõ aliter. &

3 no. de uerb. sig. Præterea. Itẽ † certũ est, quod in iure procedit argumentũ ab ethimologia uocabuli de præbẽ. cũ sm & 21. distin. c. 1. in prin. & in medio. Itẽ certũ est, ꝙ qñ aliqua dictio põt significare plura unũ ꝑpriè aliud impropriè restringimus dictionẽ ad ꝑpriũ significatũ, ut ff. de le. 3. l. hoc legatũ. & de dona. l. filius, §. alias. uer. sed & meminisse. de aur. & ar. leg. l. quintus. Itẽ tunc unaquæque res suo ꝑprio uocabulo nominatur, uel digna est nominari, qñ re & noĩe dignũ est, quod uerbũ sonat id, ad qđ est in-

3 stitutũ. † Hinc est ꝙ nõ ꝑpriè dr̃ epš q̃ nõ ẽepš re & noie.

4 2. q. 6. non oẽs, §. quia, & §. quibus. † Hinc est ꝙ snia nulla impropriè dr̃ snia. q. 1 in primis in fine. de re iud. pastora

5 lis, in fi. in cle. Ad propositum † cella dicitur à celo celas ut no. de uerb. sig. c. pen. lib. 6. & significat quendam locũ seu camerellam celatam seu absconditam. Et quod occultum seu absconditum est, non est patens nec notum. Ad hoc de coha. cler. & mul. uestra. Et talia loca occulta & celata non carent suspitione, & apta sunt ad incestum uel stuprum committendum. Nam qui uult malè agere quærit tenebras & non lucem, de offi. dele. consuluit. Et optimè ad literam. 18. q. 2. perniciosam. Fuit enim intentio Papæ prohibere monialibus habere cellulas, seu camerellas occultas seu absconditas sm propriam significationem uocabuli, à qua recedendum non est, ut opera earum tam de die q̃ de nocte esset omnibus manifesta. Ad quod accedat de hære. insti. natura. Sed hic, uisui de die ac nocte sunt patentes: & omnia quæ in eis sunt & palam. & manifeste se exhibent oculis intuentium, & stantium, & transeuntium per dormitorium: & sic reuera non ꝑpriè sed impropriè & abusiuè sunt cellæ: quia nõ sunt quod uerbum sonat, q̃a nec celant nec absc ondunt, prout est de natura cellæ. Nã si cella esset conclusa cortinis uel tentoriis, ità ꝙ ibi existens esset clausus ꝙ non posset uideri propriè diceretur cella, & si haberet parietes de lapidibus, uel de gipso, uel de alia materia: tamen non esset clausa circumcirca: cum tñ esset patẽs ex ea parte ex qua frequentius deambularetur no ı diceretur propriè cella. Curandum nãque esset de re & non de uerbis. 14. q. 3. c. putant. & c. plerique. cum simi. ¶ Pone aliqua constitutio de nouo emanauit cõtra hæreticos nunquid intelligitur emanasse contra symoniacos uel contra hæsitãtes in fide: cum tamen largo modo symoniaci uocantur hæretici, ut 23. dist. in nomine Domini. in princ. & no. de hære. cap. 3. Item emanauit constitutio contra uendentes uel locãtes ecclesias, an uendicet sibi locum in uenditionibus uel locationibus obuentionum uel redditum ecclesiarum, dũ tamen illi dicantur uendere uel locare ecclesiã. certè desiperet qui sic saperet. Et prædicta maximè locum habent ubi Abbatissa habet locum suum in loco sic eminenti, qđ ex parte superiori posset intueri lectos monialium. Et illã partẽ credo uerã, salua interpretatione Summi Põtificis, cuius decreto omnia tractatorũ opuscula, & scribentium dicta probantur & reprobantur. & qđ approbat uel reꝑbat approbatum uel reprobatum haberi debet. 19. dist. c. j. Non obstat quod dicis, da mihi cellas &c. & sic erit frustra &c. nam comprehendet illa constitutio cellas, quę ꝑprie sunt cellæ & non abusiuè. nã cellæ religiosorum ex quacũq; re elandant cõsueuerũt esse clausæ, & celatę. & nõ patere in eis cõtenta: & ad istas tales cellas debent referri sermo scribentis, ubi non apparet aliud de mente, ff. de fun. instr. & instr. leg. l. cum de lanionis. §. asinam io fi. de suppel. leg. l. Labeo. ibi. non enim &c. Si uero cellæ ex quacũq; materia compositæ non celant in eis moniales morantes, sed omnibus patent de illis non intelligi. Si dicis quod in dubio recurrendum est &c. fateor. sed nego hic esse dubium probabile. Nam si acciperes dubium nõ ꝓbabile, sequeretur absurditas, quia nõ est res tã clara quin possit in dubitationẽ deduci, ut no. in c. bonæ. 2. de elec. ergo sm hoc nũq̃ esset locus interpretationi iudiciali uel magistrorũ qđ est falsum, ut no. de postula. c. 1. ¶ Item ad id quod dicis, ꝙ uulgaris siue cõmunis modus loquendi &c. dico ꝙ si nõ apparet quòd ꝯtrahentes senserint, nec id quod uerisimile est, statur ei quod uulgus opinatur. Sed in casu nostro apparet quod uerisimiliter,

6 sentiat Papa per supradictas rationes. Item † in legibus & statutis fienda est interpretatio ut consonet iuri communi quãtum plus potest, ut de consue. cum dilectus. in tex. & gloss. Nec enim statur semper commuoi modo loquendi, ut apparet de translatio. cap. 2. circa medium. & not. 2. quæst. 7. si quis Episcopus ad finem quod docen-

7 dus est, & non sequendus populus. 16. dist. c. 1. Nam † & uulgus sæpe abusiuè appellat consuetudines. 8. distin. per totum de consuetu. c. ult. Nam & Vulgus habet eum pro periuro, qui non seruat temerarium iuramentũ, & apud uulgi opinionem est dare perplexitatem quæ nihil est, ut de primo & secundo patet. 12. dist. c. 1. & 2. Et ita uidetur mihi Feder. de Senis decre. doctori Perusii actu legenti, salua semper ueritate, quę omnia uincit. 8. dist. consuetudo, cui supradicta subiicio. In quorum testimonium &c. Consultatio domini Lapi de Florentia nunc Abbatis sancti Miniati.

SVMMAE.

1 *Canonici appellatione non uenit clericus beneficiatus.*

2 *Verbum clericus generale est, & comprehendit magnos & paruos.*

3 *Collatio qua fit ad alicuius instãtiam siue per ordinariã, siue executionẽ quod sit stricti iuris, ambitiosa et restringenda, & à radice ambitionis & cupiditas prouenıat.*

4 *Permutatio beneficiorum quod non præsumatur fieri nisi utilitate exigente.*

5 *Vulgi locutio & cõis usus loquẽdi contẽnendus non est.*

QVAES-

QVAESTIO LXXIII.

FACTVM tale est. Dun, s.unus presbyter cura-
tus præbendatus in ecclesia collegiata & alter
præsbyter similiter curatus & clericus benefi-
ciatus cuinsdam parochialis ecclesiæ ipsos ca-
nonicatum & clericatum permutare uolentes eos sub
nomine canonicatum & præbêdarum resignant animo
permutandi in manibus Legati apostolicæ sedis de late-
re.qui resignatione recepta;non facta mentione de be-
neficijs curatis sub nomine canonicatus,nihil dicêdo de
clericatu ipsa beneficia resignata côfert ipsis permutare
uolentibus.Quidam expectans dicit permutationem nó
ualere quia alter permutantium non erat canonicus sed
clericus beneficiatus,de ipso clericatu nihil dicit quia
1 †nomine canonici non uenit clericus de priuile.p excep
tionem lib.6. & de sen.exc.alma.§. adiicimus.li.6. & qđ
ibi no.per Arch.¶In contrarium quod idem sit, & quòd
ueniat sub nomine canonici clerus de cau.pos.& ppric.
cum ecclesia sutrina.de ui.& ho.cle. quoniam de ma. &
obe.statuimus.super uerbo canonis per Archi. ¶Quæri-
tur nunquid dicta permutatio ualet an non. & nunquid
in hoc casu nomine canonicatus ueniat clericatus. & nũ
quid decr.l.ult.de off.le.habeat locum quando sit bene-
ficiorum collatio per legatum ea causa permutationis.

¶Responsio Federici.

¶Indubitanter uidetur tenendum quod permutatio ualeat
2 ¶Circa quod sciêdum quod† nomen clericorũ generale
ē quòd côprehedit paruos & magnos. 11.q. 1. de perso-
na & tanquam genus habet sub se species.Nam aliqui di
cuntur canonici,qui sunt in ecclesia collegiata faciũt u-
nũ corpus cum suo prælato.& ad illos solũ pertinẽt ele
ctio de iure communi.de hoc per Compo.de ele.c.1.Ali
qui dicuntur clerici & retinent nomen sui generis sicut
dicimus arrogatio,&adoptio sunt species adoptionis ut
no.de cogn.le.c.uno.Et strictè loquendo potest dici si est
canonicus ergo clericus quia species infert genus sicut
dicendo homo est, ergo animal est.sed non e conuerso
animal est,ergo homo est,clericus est,ergo canonicus ē.
3 † Item collatio illa,quæ fit ad alicuius petitionẽ siue per
Ordinariũ quicũq; sit, siue per eius executorem illa est
stricti iuris & ambitiosa & restringenda,& de radice am
bitionis,& de cupiditatis procedit.& iô non mirum tan
quam ambitiosa & restringenda;restringitur.ut patet de
præben.quãuis & c.ti.si pluribus.& c.si motu cum si.& c.
cum in illis. Sed ubi cessat causa ambitionis & adest fa-
uor personę;uel utilitas ecclesiarũ;uel beneficiorum ibi
nec fiat stricta interpretatio sed potius larga uel genera-
lis & nõ receditur à significatione uerbi.Verbi gratia. Pa
pa côcessit cuidam Cardinali q̈ posset conferre benefi-
cia clericorũ cædêtium uel decedêtium.Isti clerici sũt ca
nonici,uel mansionarii uel habẽt beneficia curata an ge
neraliter intelligemus.Vtriq; cũ hec sit quędam gratia &
priuilegium ad hoc de uer.sig.c.pe.de prębē . si cui lib.6.
4 1.responso de reg.iu.c.1.lib.6.cum si.¶†Item permutatio
cum non fiat.nec fieri præsumatur nisi beneficiorum uti-
litate exigente de re.permu.quantum debemus in ea tan
quam fauorabili æquitatem præferre & largè interpreta
ri.Facit quod no.de rerum permu.c.uno.lib.6. Igitur in
casu nostro permutatio ualet dato quod de curatis bene
ficiis non sit facta mentio, quia tacere & non tacere illa
curata beneficia non habet mouere Superiorem ad dene
gandum uel concedendum. Item hic non est ambitio sed
utilitas beneficiorum & permutantium.Et si diceres imò
Superior fortè negasset autoritatem suam.nam posset es-
se,q̈ iste qui habet curatum &clericatum loco clericatus
recepit talem canonicatum & præbendam ita pinguem
quod si Legatus sciuisset ipsum habere aliquid beneficiũ
curatum non consensisset huic permutationi. Ad hoc re-
spôdeo q̈ licet Legatus autorizet huic permutationi nõ
tamen dispensat si alias illud curatum, & istud simplex
sũt talia,quòd de iure communi non possunt simul tene
ri,nec prima dispensatio extenditur ad istud subsequẽtũ
beneficium.Ad premissa;facit de præbenda non potest.
2.& 3.responso lib.6.¶Nõ ob.quòd clericatus nõ fuit ex
pressus quia regulariter isti beneficiati appellantur cano
nici.Vnde vulgariter dicimus talis presbyter facit me ca
5 nonicum in ecclesia sua & † vulgi locutio & communis
modus loquendi contênêdus nõ est,de iureiu.c.1.cũ sua
gl.li.6.¶Item inquantum canonicus idem est, quod regu
lariter uiuens seu regens.ut 3. di.c.1.& 2.omnis clericus
potest dici canonicus.¶Item cum materia non sit odiosa
sed fauorabilis si Legatus intellexit de canonicatu quod
plus est,idem uidetur intellexisse de clericatu de deci.ex
parte ade.secus in materia ambitiosa ut c.cui de non sa-
cerdotali.de præben. lib.6.Item hic constat de corpore
personę & beneficii, & ecclesię in qua obtinebatur ille
clericatus. Nã sum certus quòd in literis permutationis
nõ nominatur illa ecclesia ubi erat ille clericus pleba-
nus sed talis ecclesia parochialis.&sic nõ nocet nouus er
ror.facit quod no.In.& Com.in ul.gl.Ber.de appel.signi
ficauit.Item decr.ult.de off.dele.lib.6.& c.2.de off.or.in
cle.loqnũtur de collatione facta per Legatum nõ ex cau
sa permutationis , sed impetrationis , & sic loquitur c.
ti.c.pe.2.rñ.eo.lib.6.utrobiq; gl.innuit.Item rationes su-
perius tactæ ita uendicant sibi locum in Legato sicut in
alio ex quo fit permutatio.& licet text.nouorum iurium
dicat quòd permutatione interuenit resignatio & noua
collatio,tamen Inno.uidetur innuere de prębē.inter &
Arc.post eũ de rerũ permu.c.uno.quod eo ipso quòd Su-
perior interponit auctoritatē in permutatione beneficio
rũ eo ipso ipsi impermutantes habẽt ius in beneficiis per
mutatis,& si ita est,tunc non esset dubium quod ualeret
permutatio cum non sit necessaria collatio . tamen & si
necessaria est,ut innuunt iura noua adhuc ualeret, supra
dictum est. Et ita uidetur mihi Federico de Senis .

SVMMAE.

1 *Testamentum ab excõmunicato cõditum an sit ualidum: aut donatio inter uiuos.*

2 *Excõmunicatio iusta,uel iniusta non minus ligat quo ad ecclesiam militantem.*

3 *Testamentum manu notarij excommunicati scriptum an teneat.*

4 *Iusta ignorantia , & probabilis error ubiquè excusatur .*

QVAESTIO LXXIIII.

5 VETVS querela & qõnouo proponitur † an scili
cet testamentum conditum ab excomunicato
ualeat , & etiam donatio inter uiuos . Et primo
concludamus casum non dubium de here.excõ-
municamus.§.credentes.& de pœnis.felicis.circa prin.
libr.6. intelligimus ergo de excommuncato ab homi-
ne iustè uel iniustè uel quia incidit in aliquam sententiã
canonis generalis uel particularis . Ista quæstio satis ta-
cta & trita est,& uiri magnæ auctoritatis sunt hincinde;
ut patet ex ratione Io. And.de sen.exc.decernimus.& p
Archid.de exce.c.pia.lib.6 . Et sic debemus arguere per
locum ab auctoritate quod licere uidetur:ut 19.dist.1.ca
nonibus uidetur dicendum testamentum ualere.Nã plu-
res & grauiores sunt qui in hãc sententiam declinat.Et
istam partem tenet Io.An.in c.decernimus de sen.exc. in
nouella.Sed excluso loco ab auctoritate uidetur posse
rationibus pbari quòd testamẽtũ ualeat.Primo quia hoc
non est prohibitum,ergo permissum insti.qui nõ est per
sa.te.§.si . & nil iam debetur hominibus &c. ut C. de sa-
cros.eccl.l.j.& iura aperta sunt ad fauêdum testamentis
& ultu

& ultimis uoluntatibus, ut de probatio. ex literis, & de te sta. c. tua. Item excommunicatus retinet dominium suarū rerum, ergo in alios pro sui libitu eas transferre potest. ¶Ius enim quod quisq; habet in re saltem temporali nō ut prelatus, sed ut priuatus pōt quocunq; titulo in alium transferre. ff. de contraheu. emptio. l. qui tabernas de hære. act. per totū. Et adhoc facit quod no. Inno. de sent. eacommu. si uero & de dolo & cōtuma. ueritatis, & melius ad casum nostrum de sent. excom. cū uoluntate. ¶Et quanuis dubitatio sic an his cui ius cessum est ab eacommunicato possit cum effectu agere illo eacommunicato manente. Tamen non uidetur dubitādum quio cessio teneat ut solet recitarī & notari de iure patrona. capit. uno lib. 6. Vnde & Host. qui tenet quod testamentū non ualeat fa ctum, ꝙ excommunicatus contrahendo alij obligetur; licet alios sibi non obliget, ut no. in d. c. ueritatis. ergo qui testando neminē sibi obligat, sed potius hæredi bona sua obligat. Et alibi dicit Host. q̄ quis non tenetur restituere quę lucratus fuerit cū eacommunicatis. ut not. in summa de pœn. & re. c. ult. uer. quid de his. ¶Præterea si dicamus ualere testamentum & contenta in eo: est maior fauor eorum ad quos bona eacommuniucati peruenerunt quā ipsius excommunicati. ergo propter utilitatem nostram debemus dicere testamentum ualere non attento odio excōmunicati, arg. de excep. cum inter, & quod no. de sen. exc. cum desideres, absit enim, ꝙ sua posset improbitate eaclu dere actus uirtuosos, ut nō possit esse alii s libralis. ¶Præterea c. cū uoluntate expresse probat qđ bona sua potest ad alium trasferre. ¶Præterea casus sunt speciales, quod quis non potest testari, ut in §. credētes, & c. fælicis, ergo regula firmatur in contrarium. ¶Præterea ea contratiō sequeretur absurdū. Pone quod aliquis fuit iniuste eacōmunicatus, & sic s̄m illos nō potuit testari en absoluto debent sibi oia iura restitui, ut 2. q. 5. qua de causa & no. de appell. pastoralis ad fi. Si ergo iste nō potuit facere testamētū s̄m te, & sic decessit itestatus quomodo restitueſ sibi testamenti factio malè. Et si dicas aliud in iusta excōmunicatione q̄ iniusta. Respondeo quo ad ecclesiā militantem ita ligat in iusta sicut iusta, de senten. eacomm. p tuas & 11. q. 3. c. 1. Non ob. autē. de priuile. do. quia in hæretico loquit, ut nota. Inn. in c. si uero. Itē nō obstat quod à cōmunibus actibus eacludūtur, ergo nō possunt facere testamētū, q̄ illud itelligiſ ubi de ipsorū utilitate tractatur: ut no. in c. pia, in prin. ¶Sed in casu nostro nō est testatoris utilitas, sed aliorū, qui ex testamēto capiunt utilitas procuratur. ¶Præterea infames, qui sunt exclusi ab actibus legitimis possunt cōtrahere & testari. ¶Præterea excommunicatus & si eacludi debet ualet tñ quod facit iudicio ut in c. pia multo fortius eatra iudiciū, ut in c. solent, de senten. excōmun. li. 6. ¶Non obst. cap. quanquā, de usur. c. lib. imo facit pro quia casus specialis, ergo regula est in contrarium. Nāsi uellemus arguere ex magnitudine criminis multa sunt crimina maiora crimine usurarū, & tñ illa non prohibent testamenti factionē. Quia igitur crimen usurarū. & fornicationis & homicidii plurimū frequentatur digna fuerunt ea aggrauatione pœnarū. Facit
3 quod no. 1. q. 1. cito in gl. quis dubitat. ¶†Ad id quod sec ūdo dicitur, ꝙ testamentum scriptum ꝑ notarium excommunicatum fidem faciat communiter respondetur distinguendo an publicus, an non, per id quod notatur in c. de ceroimus, de senten. excommunica. li. 6. Et licet sic cōmuniter respondeatur uidetur dicendum contrarium. Primo authoritate Innocen. dicentis, ꝙ quantumcunq; notarius sic excommunicatus, uidelicet instrumentum ab eo cōfectū nō sit sentētialiter damnato intelligo ut instra facere nō possit. hoc no. de excep. c. pia. li. 6. in gl. iudicis. Ad idem facit, quod ipse Host. no. de hær. fraternitatis, ubi dicit, ꝙ licet notarius semel confecerit falsum instrumētū nihilominus, ualent talia instrumēta ab eo cōfecta donec sit de crimine falsi condēnatus. ¶Præterea in §. credentes & in c. felicis sunt casus speciales ergo incontrariū est regula. Et primo illa iura non ratione eacommunicationis, sed criminis inuitant talia instrumēta sicut & alibi suspēduntur ab officio notariatus propter crimen, de hereti. si aduersus. Sed posito ꝙ cōis opinio sit uera quis dicetur publicæ eacōmunicatus, an ille cuius excomunicatio est publica iuris fictione: ut quia excōicatus est per iudicem sedētē pro tribunali in loco cōsueto, ut notatur de exce. eaceptionē. an uero ille cuius ecōicatio est publica in ueritate facti. Dicendum est inspici ueritatē facti non iuris fictionē: ut no. de sepul. c. j. in cle. ut ipsa excōicatio ad notitiā illorū perueniens, qui ad istum notariū currebāt ꝑ instrū faciēdis: nā iusta ignorantia & probabilis error ubiq; excusatur de consti. c. 2. li. 6. de eo, qui renun. ep. c. a. de cler. excō. min. c. pe. & de sent. eac. ca. sacro. & 3. q. 5. circa prin. & no. de biga. nuper. Hinc est quod In. not. ꝙ c. ad probandū, de re. iudi loquitur de eo, qui denunciatus fuit excōicatus, & hoc no. de excep. exceptionē in gl. ij. Quid plus Io. An. dicebat in c. ad probandū ꝙ si aliqis publicæ excōicatus, & denunciatus in loco proprio trāsferat se ad locum ubi ignoratur habetur pro homine ipte gri status & ualebit qcquid faciet ratione officii publici per l. barbarius, & per id quod hr̄ 3. q. 7. in princ. & C. de testa. l. j. Sed posito quod talis scriptura non faciat fidem ounquid possit probari talis uoluntas per duos testes, ꝙ testificētur qualiter talis in præsentia septem testium, & alia debita solennitate adhibita fuerat testatus. Dicendū est quod sic, ut 2. q. 1. in fin. & facit quod notatur. C. de testibus. l. testium in fine, & per doctores. Cy. & alios, C. de testa. l. error. ¶Federicus de Senis.

SVMMAE.

1 *Termino 8. dierum per iudicem ad recipiendum apostolos assignato, an quilibet illorum dierū sit de termino.*

QVAESTIO LXXXV.

Iudex à quo appellatum est; assignauit terminum ad recipiendum apostolos per hæc uerba. hinc ad octo dies ante tertiam ueniens ad recipiendum Apostolos. Vltima dies istius termini est dies natiuitatis Domini. Appellans comparuit in uigilia natiuitatis petit apostolos & obtulit se paratum recipere Iudex eos
1 non dedit. ¶† Quæritur nunquid per hoc sit deserta appellatio, & uidetur, ꝙ non sit deserta. Ratio quia ista uidetur paria; & ratio diuersitatis non uidetur posse reddi, uidelicet assigno tibi terminū ab hodie usq; ad octo dies de primo modo assignādi no. Specu. in tit. de dilat. §. 1. uer. sed pone circa prin. §. ubi dicit quod quolibet die termini potest fieri quod mandatur. nam sic dicendo ad octo dies non uidetur reduxisse ad ultimum diem, sed ad omnes octo dies: quia quilibet illorum est de termino & eadem ratio est de quolibet supradictorum modorū assignandi dilationem; & ideo idem ius. unū tamē dico qđ licet quilibet illorū dierum sit de termino nō debet reus immediate comparere, sed congruo tempore quo potuerat formasse apostolos sicut dicimus, qñ iudex dicit cōparear infra terminum turia. nā tūc non sufficeret comparere incontinenti, ut probatur de ap. c. 2. §. similiter, in cle. 2
& idem ibi. Pau. Alia ratio est, quia sicut appellās tenetur comparere congruo tempore, ita iudex talem terminum assignando uel appellantē arctasse. ad petendū & comparendū congruo tp̄e adhoc. ff. de arbi. l. si cū dies. §. si arbiter & de fer. l. j. cum si. Sed certum est, ꝙ hora ante tertiā in die Natiuitatis Domini non est congrua hora cum quilibet fidelis Christianus tūc debeat diuinis uacare, & si iudex gessit in animo illa hora eū arctasse habēda est ratio & pro furioso habēdus est. ff. de cōd. insti. l. quidā. legiſ interpretandū est, ꝙ Iudex senserit de illa die, quæ ad pe-

tendū & rñdēdū cōgrua uideat,ut illo iure ntaṫ cōtra se, quo uult uti cōtra appellantē,nt de cōstit.c.cū oēs&ꝙ quisqi iuris in rubro & nigro.in quorū testimonium&c.

¶An à momentauea possessione de iure canonico posſit appellari.

SVMMAE.

1 *Lex unica.ff.si de momen.poss.fue.appel.multipliciter est intelligenda.*

Appellationi interposita à diffinitiua deferri debere et nil interim inuocari qualiter intelligatur.

QVAESTIO LXXVI.

Domino auditori Federicus de Sen.Vidi &audiui & examinaui gl. Arch.positā 3.q.6.§.diffinitiua.uer.de possessione,&ꝑ illā gl.colligo ꝙ regula est,ꝙ appellationi interpositæ a diffiniua dēt deferri, & nil inuocari nisi in casibus, in qbus appellari nō pōt.Ab illa regula excipiunṫ qdā casus quns enumerat Guil.in Spe. in tit.de appell.§.in quibus,&.ibi tenet,ꝙ in casu nostro pōt appellari ab ista regula l.unica.ff.si de mom.pos.fuer. app.excipit unū casum ibi tex.

1 Etiā a illa l.pōt multipliciter intelligi iccirco sunt gl.& doct.& sicut Archip.refert cōiter canonistę tenēt,ꝙ appellari pōt & maxime gl.ord.in ca.cū ad sedem.de restit.spo.& Io.in decre.idem vř tenere in dicto uer.de possesſione in gl.ſm canones,& Guil.in d.§ š.all. & alii do.de qnibus Archid.fecitmentionē & respondet ad illā l.C.ꝙ aliud est ſm canones,& aliud ſm leges.Nec ob.ꝙ illa l.ſit canoizata.nā prout cōsueuit recitari extra de rescri.c.2. in gl.ij.Canonizatio legis facta per Gratianū nō est tātę authoritatis, ꝙ faciat l.haberi ꝙ canone.Compilatio.n. decreti dř approbata per Romanā Ecclesiā ex usu scholastico,sed non oīa,quę sunt in illa cōpilatione,ut 25.di.ꝑ totū 16.q.3.§.ꝑscriptionum,cū infinitis ſi. uel aliter. illa l.loquitur in adipiscenda possessione &c.sed nos loquimur de interdicto recuperandæ.Itē ibi de interlocutoria sňia hic de diffinitiua,quæ nullo modo parit præiudiciū proprietati:sed sňia lata super restitutione quæ possessio nē aduocat pręiudicat in iudicio proprietatis. nā si non posset appellari sequeretur,ꝙ si ille,q̄ succubuit in possessorio uellet agere in petitorio opponitur sibi,ꝙ cecidit a iure suo ꝑꝑ uiolentiā ꝑ eū cōmissam,& ad,probādū uiolentiā induceṫ sňia lata inter easdē personas,quæ ſm nos non facit plenā probationē,quę tň facere vř.ut no. in ca. pastoralis,in gl.pe.in fi.de cau.pnſ.& proprie.tñ aliquāle facit ꝑiudiciū. Nā & sňia lata cū uno cohærede aliqua liter ꝑiudicat alij cohæredi,ꝙ ex hoc pōt appellari,& de illa materia.& simili not. de re iudi. cū super, & pro illa parte facit decre.cum ad sedē.ubi ſm Host.& Io.An.fuit causa delata ad Papam per appellationē ſup possessorio, ut patet in processu habito in cā appellationis aliç l.sunt exortę,& nō amicę textui & minime sunt mutādæ &c.ff. de legi.l.minime.¶Thema ſup quo cōsuluit d.Fe.de Se.

SVMMAE.

1 *Emphyteosis concessa in tertium hæredem masculum finienda,an secundo,uel tertio hærede deficiente, succedet filia,uel si reuertetur ad concedentem.*

QVAESTIO LXXVII.

Factum sic habet. Quidam Abbas Guilelmus monasterii S. Benedicti de Gualdo concessit in emphyteosim Bernardo domini Pauli de dicto loco in tertium hęredem masculinum finiendā quandam petitam terræ uineatæ in emphyteosim pro quadam canonica pensione soluēda quolibet anno In festo S.Benedicti.Mortuus est dom. Bernardus & ex ea remāserūt duo filii uidelicet Io.& Petrus,qui post mortē dicti eorum pr̃is diuiserunt oīa bona paterna inter se &spe cialiter hāc petiā terrę emphyteoticā.qua diuisione sic facta d.Petrus finē fecit & qnietauit dictū Io.qa eidē ces sit & cōcessit dictus Io.nē ius qđ hēt uel hře posset i sor te ipsius Ioānis. Et idē fecit Ioānes de dicto Petro . post hnc mortuus est dictus Ioānes relicto uno filio nidelicet Paulino.Mortuus est itē Paulinus relictis tribus filiabus

1 post eius mortē.Modo ṿertiṫ i dubiū nūquid portio dictę terrę emphyteoticę remanere debeat.an.s. succedane filię dicti Paulini filii dicti Io.uel accrescāt petro dicti Ber nardi,ſtipulatoris & fr̃is dicti Io. An.ad dictū monasteriū reuertatur. Ego Fedcricus de Sen.minimus decretorum doctor super ꝑmissis dub iis consultus , dico dictā petiā terrę ad monasterium non reuersam cū nō sit finitus ter' eius hæres masculinus dicti Bernardi, ut ex tenore instri, &themate dicto apparet. Nec prodest monasterio remisſio & renūciatio,quā fecit dictus pet.dicto Io.qa res it er lios acta & c.ff.de pac.l.si unus.§.pactus ne peteret.& ex tra de trāſ.ueniēs.Nec ius uel exceptio quesita Ioāni pro ficit authori ſui authoris,nt.ff.de except.rei iu.l.si a.̓ tc.§. ult.Itē dictę filię nō vř hře ius in dicta petia terrę, quia exclusę sunt ꝑ formā c̄ctus & sine licētia monasterii nō potuit in eas ius trāsferri. vř ergo sibi petro ius cōpetere i eadē terra nō ex ueteri iure,sed ex nouo iure ſupueniē ti,qa secundus hęres decessit sine masculo hęrede,& hoc nō vř cogitatū nec actū i instro refutationis.Optimè facit adhoc de re ind.ueniēs.2.& de inreiurā.c.pen.& ff.ne trāſ.l.cū aquiliana,& de pac.l.tres fr̃es,cum ſi.¶pōt ergo Pet.monasterio dicere quo ad te liberas ędes habeo.ff.si ser.uēd.l.loci ad fi. nec dňę possunt dicere Pet.quē de eui ctionē tenet.¶Actio &c.C.de eui.l.si ob causam qa illud cessat i nouo iure,& de nouo ſupuenienti.Sic & exceptio rei iudicatæ nō obstat agenti ex noua causa ṿue generaliter siue specialiter actū fuerit,nt.ff. de iud i.l.nō pōt & melius de re iud.c.Abbate.§.cetrū.uer.non ꝑdefſet.Et quis cōuenięs esset in solnēi disputatione tractādū tñ bene ꝑ nunc eligo partē Petri pro nunc potiorē esse.

ADDIT.

¶Tenet per istā rationem do.Alex.tenuit cōtrariū&c.

SVMMAE.

1 *Dispensatio alicui facta ascendendi ad aliquod officium an mortuo dispensatore antę dispensationis effectum nihilominus sit efficax.*

QVAESTIO LXXVIII.

Casus est.Papa concessit magistro ordinis fratrum prædicatorum potestatem uel authoritatem dispensandi cum C. fratribus ordinis non legitimè natis,quòd possint esse priores & superiores in prędicto ordine prędicatorum . post hoc magister dispensauit cū uno fratre authoritate sibi concessa per Papam,ꝙpossit esse prior & ſupprior dicti ordinis.

1 † Sed re integra antequā iste frater cum quo magister dispensauit eligeretur in priorem uel ſubpriorem mortui simul sunt papa & Magister ordinis,post hoc iste frater cū quo magister dispēsauit eligitur in priorem uel superiorem.Modo quæritur an illa dispensatio facta per magistrū adhuc duret, an expiret per mortem Papæ & magistri re integra existente.

¶Copia lr̃arū dispēsationis.In Dei filio sibi carissimo. fr̃i Metthæo de Ben.ordinis ꝑdicatorū,frater Barnabas fratrū eiusdē ordinis seruus humis salutem in domino.

ac ex gratiis quibus dotati estis sicut laudabile testimonium de uobis accepi, possint fructus ordini prouentre ne propter notam ordinis, quam ea uestris parentibus extraxistis adhoc obstaculum præbeatur, authoritate fesimus tenore præsentium dispensandum, quare non obstante defectu natalium, quē patimini ex soluto genitus & soluta, ad prioratum & ad cætera nostra prouincialatus officia assumi in nostro ordine liberè ualeatis &c.

¶Responsio & consilium domini Federic. de Petrutiis de Senis super puncto prædicto.

¶Super pmisso puncto habita sufficienti deliberatione dico & cōsulo ego Federicus de Sen. decretorum doctor nunc Perusii actu legens dictam dispensationem durare.

¶Circa quod primo uidendum est, an post papę mortem propter uiuēte magistro, dispensatione nondū facta expiret potestas concessa per papam Magistro. Et dicendum est indubitanter quod non: quia gratia semel facta, puta per papam in personam magistri per mortem papæ non expiret. de hoc est casus. de præben. si cut de offic. de legati. super gratia. lib. 6.

¶Sequitur uidere an per mortem magistri expiret dispensatio, antequam utatur dispensatione illa. Et indubitāter dicendū est quod nō rationibus supra positis. Et qā dispensatio canonicè semel facta à superueniēti facto nō retractatur casus est de fil. præs. ex tua, & facit quod not. de accusa. c. de his, beneficia enim concessa intempestiuè reuocari nō debēt. de commo. c. nno. & facit qđ nota cū ex eo, de elect. li. 6. in gl. no. & ibidem in nouella in cuius testimonium &c.

¶Allegationes do. Fed. & Thema ex his cōprehenditur.

SVMMAE.

1 *Iudex in causa infamiæ tenetur utriusque partis probationes tam negatiuas quam affirmatiuas recipere.*

2 *Infamiæ inquisitio fieri debet summaria causæ cognitione præmissa: cum sit præparatoria ad solemnem actum.*

3 *Iudex quando dicatur accusatum spoliare.*

QVAESTIO LXXIX.

IN Cristi nomine amen. Quod dominus eps Clusinus 1 † teneatur recipere informationes, quas uult dare Abbas monasterii de Bedardeugo ad informandum epm super transitu & institutione seu canonica & ad informandū eū, ꝙ cū aliqui ex testibus quos recipit sūt eius inimici graui inimicitia. Et aliquæ sunt conspirationes ꝯ eum. Et sic breuiter ostendo. processus quē facit dominus eps Clusinus contra Abbatē & cōmissione sibi facta aut est principalis siue solennis, ut ea illo sequi possit absolutio uel condemnatio, licet non ꝑ eū cum referre hēt. Aut est præparatorius ad solennem processum. In primo casu non est dubium, ꝙ eps tenetur recipere ad omnia ꝑ Abbatē petita. casus est de accusa. qualiter a. §. dēt. Siuero est præparatorius, qđ magis uī, adhuc dico epm ad prædicta teneri summariè. tñ se de dictis petitis informando per Abbatē, ut probatur de accusf. c. 3. li. 6. iun cto c. cum i 2 tua. de spon. & de purg. cano. c. cum in iuuentute. Nā † inquisitio infamiæ, quæ est ꝑparatoria ad solemnē inquisitionē oportet fieri summaria causæ cognitione præmissa, & ille cōtra quē recipiuntur testes de infamia pōt probare se bonæ famæ de qua dēt magis delectari inquirēs, q̄ de contrario, ut de accusf. licet maxime in casu ubi Papa desiderat plenā & hēe & sufficientem informationē, q̄ informatio nunquā pōt haberi plena & sufficiens nisi ꝑ assertionē partiū saltem summariā, & bene facit quod no. de rescr. cū cōtingat; in gl. sed qualis nec dī plena cū alterius partis allegationes non referuntur, adhoc de ele. dudū, & de re iud. cū hæredibus in fi. ibi tñ et qa causam &c. Nā si causæ cognitio dēt haberi ubi de plano procedi, ut de uerb. sig. c. ult. in cle. de accu. c. pe. quātomagis ubi plena informatio dēt haberi, & multomagis adhoc C. de dila. l. à procedente, & 3. q. 3. §. a iudice. ¶Præterea quomodo potest naturalis æquitas pati, ꝙ dominus eps audiat informationes siue se informet, ꝙ Abbas transiuit si ne licentia, & nō audiat informationes, ꝙ cū licētia trāsierit, maximè cū prima negatiuā, secunda affirmatiuā cōtineat, & hoc ab omni iure & ab omni humanitate legis discrepat. Et desipit quī contrariū sapit. Adhoc de renū. super hoc de cau. pos. & proprieta. cum ecclesia. Itē eps ī format ꝙ Abbas Iulianus spoliauit Abbatē Antoniū & ꝙ occupauit monasteriū & sup hoc recipit testes. Abbas uero Iulianus uult probare, ꝙ Abbas Antonius fuit canonicè destitutus, & ꝙ ipse fuit canonicè institutus. Et qs ipsius negabit talē īformationam recipere. Adhoc de rescr. dilectus 1. de rest. spo. c. 3. maximè cū Abbas dicat hodie cōstat & solennia instrumēta offerat. Adhoc eo. ti. literas. ultra mediū. ibi incontinentī. Non obst. ꝙ Assessor Epi Clusini dicat ꝙ Papa cōmisit episcopo Clusino ut informet se si Abbas trāsiuit sine licētia. ergo debet se informare ꝙ transiuit cū licentia, quia faceret cōtra formam mādati. nam eo ipso, ꝙ Abbas eum informat quod transiuit cum licentia per cōsequens informat eū quod nō trāsiuit sine licentia, quia si pronunciatur rem meam esse; per cōsequens pronūciatur tuā non esse. ff. de procu. l. pomponius, cum sim. ¶Preterea si Abbas Iulianus informat eū, ꝙ Antonius est canonicè priuatus, per cōsequēs eum informat, qđ non fuit spoli atus. Si cum informat, ꝙ canonicè fuit electus, & cōfirmatus per cousequēs eum informat qđ non occupauit dictū monasterium: ut in dictis lileris apostolicis cōtinetur ad hoc de accusf. ad peti 3 tionē. † Tūc enim dr̄ quis spoliari à iudice quando nō in figura iudicij, sed de facto prælati spoliat: ut de rest. spo li. cōquerente. secus autē in iudicio & seruato iuris ordi ne: ut i c. dilectus de rescr. ¶Præterea nōne episcopus citauit eum ut ueniret se defensurū, utiq;, ut in literis citatoriis continetur? Quomodo ergo episcopus pōt sibi negare defensionē ea quo sibi defensionē indicebat? Mutare enim quis consiliū non potest de reg. iut. li. 6. mutare. Quid plus? dato quod eps nō fuisset astrictus eum citare ea quo tamen eum citauit ut ueniret ad se defendendum tenetur omnia eaudire quæ ad defēsionē faciūt: qa uno concesso &c. ut de of. dele. præterea. Item quis ipsius, nisi diabolus defensionē negaret quæ de iure naturali est? ut de re iud. pastoralis. in fi. in cle. Nā cum Abbas citatus & interrogatus per eū p̄stito iuramēto an fuerit frater hę remita, respōdir ꝙ sic. Quomodo igitur pōt eps negare ꝙ Abbas excusando se non informet eū de canonico trāsitu, id est, ꝙ cū licentia transierit? Excusationes enim q̄ confessiones non permnnt, repellendę nō sunt: ut extra de accusf. c. cū dilecti, & si dicāt episcopus nō est Iudex, ergo de huiusmodi nō dēt se intromittere. Respōdeo dupliciter. Primo sic ut eps nō recipiat petita ꝑ Abbatē ut Iudex iudiciariū ordinē seruet, sed sic informādo se per Abbatem non seruat iuris ordinē, sed de plano se informāt & si īformationes Abbatis sine iuris ordine recipiat extra iudicium no. ad hoc de excep. cum inter, nō seruare iuris ordinē est seruare &c. de iureiurand. ad nostrām 3. Sed secunda responsio est ex quo eps Clusinus habeat potestatē citandi & non citandi secundū te & aliā uiā elegit nō potest pœnitere in alterius præiudicium. Simile no. de præsump. dudū. ad fi. per Inno. & Host. nā si executor assumat partē iudicis, non pōt facere quin oppositiones partis audiat saltē summariè. ad idē de pscrip. cū ea officij. & alia iura quæ dicūt, ꝙ una uia electa nō potest pœnitere maxime in præiudicium alterius. de ele. ut quis duas. de postulat. prælato. c. uno lib. 6. Optimè facit quod no. Ber. de elect. cum inter uniuersas, in gl. aliāt. Et dicatur, ꝙ illa glo. non approbantur communiter per

docto.s.Inno.& Hosti.Pet. Abb.Compo.dico ꝙ posito ꝙ isti melius dicant ꝗ gl.ordinaria cũ ſm Cõpo.isti canonici uocates nõ possunt mutare uoluntatem in preiudiciũ istorum uocatornm.quia tenentur eis ad dãna & interesse,quæ substituerunt illi uocati per illã uocationem. Sed in casu nostro interesse Abbatis no n potest restitui nec extimari si informatio ad sui defensionẽ nõ audiretur.cũ enim Abbas uocatus esset & contra ipsum respõdiderat. quomodo potuit sibi damnũ restitui nisi sua informatio audiatur.i.ꝙ non sine licentia transferat cum hic agatur de statu suo,& irreparabili ruina. Recte igitur potest dici ꝙ res non est integra ꝗtum ad eum. ¶Quid plus? dato ꝙ Episcopus nunquam eum citasset, tamen Abbas audiens de suo prẽiudicio tractari potuisset oc currere & adesse.nã ꝑp aliquale interesse auditur etiam tertia persona nõ citata.ad hoc sufficit ꝙ legitur & notatur de re iudi.cũ su per.ff.de appella.l.à sententia.& l.ab executore cũ similibus.Hic autem nõ põt dici quòd sua nõ interest,qa crudelis est qui negligit famã suam.11.q.3.nolo.quia salte de facto potest eius opinio granari.¶Item cum Abbas dicat domine episcope uos recepistis per informationẽ uestram contra me,testes inimicos & cõspiratores publice excõicomunicatos coherẽtes seu cohabitantes inimicis. Placeat uobis informari de talibus testibus& paratũ me offero incontinenti uos informãdo probare ꝙ illi sũt tales:ut dixi.Quis ergo ipsius precibus obturabit aures, & nolit in prædictis Abbatem audire, nisi ꝗ decretis Romanorum pontificum & eorũ potestati resistit? quę decreta habentur.de accusat.repellantur.& capit.cum oporteat.de symonia.per tuas,cum similibus. Non est ergo dubium ꝙ de iuris rigore & etiã de honestate petitioni Abbatis annuere debet Episcopus memoratus, & debet sibi dare copiam processus.de fide instru.perpetuus.& c.relasum.& de appell.intimasti.& de offi. deleg.cum olim.cũ similibus.Forma autem relationis est quod episcopus referat quicquid in facto inuenit super contentis in literis apostolicis.Et si Abbas ad informandum episcopum sup transitu canonico,& institutione sua producat aliqua instrumenta publica non delata,non insuecta;facientia prima facis ad intentionem Abbatis.Et episcopus aliqua iuris subtillitate motus dicat ꝙ illa instrumenta non suffragantur Abbati:non debet Episcopus non referendo scribere,ꝙ Abbas produxit quoddam instrumentum licetꝙ quod non suffragatur Abbati.sed debet referẽdo scribere ꝙ Abbas ad iustificandum transitum de ordine hæremitarum ad ordinem camaldulen.usus est tali instrumẽto ponẽdo ipsum de uerbo ad uerbũ.Et si episcopus nouit aliquam oppositionem contra instrumentum, quæ in facto cõsistat. non dico in iure il lam referre debet. Nam Papa uult informari super facto,& ueritate formæ conrẽsorum in litteris apostolicis. secus in alijs relationibus. quia non de facto,sed de iure quæri debet : quia de his quæ in facto cõsistunt Papa quærit ab alijs informari. Sed ipse alios dubitantes de iure informet & declaret.facit de appel.sæpe.

S V M M AE.

1 *Beneficij curati appellatione ubi impetratur uel ad ipsum obtinendum dispensatur, non uenit dignitas, uel personatus,uel plebanatus.*

2 *Plebanus habens sub se capellas quare prohibeatur audire leges.*

43 *Baptismus, & crisma non inducunt beneficium curatum. Plebanus an intuitu suæ electionis per capellanos reddat uel faciat plebem collegiatam.*

QVAESTIO LXXX.

FACTVM EST TALE. Legatus de latere habens potestatem ad hoc dispensauit cum illegitimo ut possit ꝓmoueri ad oẽs ordines, & obtinere benefi ciũ etsi curã habeat animarũ.Post hãc dispensationẽ obtinuit quoddã beneficiũ,quod denominatur plebs.nõ sũ habet collegiũ nec habet parochianos,licet habeat parochiam i qua nullus habitat nec modo habet baptismum. licet olim habuerat. percipit tertiã partẽ dicimarum in parochiis capellarũ subiectarũ plebi in quibus instituit presentatos ad eas,nec apparet ꝙ a principio fuerit instituta,ut esset dignitas.¶Quæritur nunquid canõicè teneat dictam plebem. Viso puncto præmisso & electione seu præsentatione facta de dicto plebano. Arguitur primo ꝙ non teneat canonice.& primo per id quod no.Inno.de ꝓben c.ulti.in prin.& arg.de rescri.si eo tempore.in princ. de fi.præs.c.3.libr.6. ¶Ex quibus gl.colligitur quod † sub nomine beneficii curati non uenit nec intelligitur dignitas,uel personatus,uel plebanatus.quãdo impetratur uel ad ipsum obtinendum dispensatur.Ista enim sunt duo diuersa beneficiũ curatum,& dignitas per sona tus.Si ergo inhabilis habilitatur ad unum.non intelligitur esse habilitatus ad aliud. quia istæ dispensationes sunt odiosę & restringendæ.ut patet de fi.pręs.c.1.lib.6.& facit quod no. Archi.in d.c.1.circa prin.ubi dicit quod ille cum quo est dispẽsatũ:ut possit promoueri ad sacerdotium,potest hẽre curã aĩarũ.Et illud dictũ placuit Ioã.An.¶Addi.j.¶Itẽ pro ista parte optime facit ne cle.uel mo.c.j.in fio.lib.6.

culiaribus. ¶Sed cõ tra, nam eo ipso, ꝙ percipit quartam, quæ est de iure episcopali, signum & præsumptio est, ꝙ in aliis sit subiectus ille locus episcopo ar. de religio. do. c. 1. So. illud habet locũ in loco, uel domo, de qua, & quo certum est, ꝙ est ecclesiasticum, quia ibi loquitur de ecclesia q̃ de necessitate debet subesse alicui episcopo, quo ad iura episcopalia. Sed iste locus non est ecclesiasticus. igitur præscriptio in uno articulo non debet extendi ad alia ut de præscrip. auditis. & ibi no. gl. ¶Sed cõtra uidetur de re iud. i. cum Bertoldus. in gl. sed uidetur. Et in dubio si nesciretur an auctoritate pontificis fuerit locus deputatus ad talem usum nec ne, staremus possessioni, & re quæ prima facie apparet. quia ex quo ibi nõ sunt clerici nec altare, nec campanile, nec episcopus est in possessione exercendi cõmuniter iura episcopalia, præsumemus locum esse prophanum. ut no. Archi. de consecra. dist. 1. nemo. quia plura suadent dici eum locum prophanum, quàm ecclesiasticum. ad quod facit quod no. 13. dist. c. 1. in gl. non intelligas ad idem de proba. licet ad finem. & de iure patro. suggestum. Ad supradicta benefacit quod no. Innoc. de donatio. inter dilectos. de illo hospitali sancti Allucii. Sed contra facit quod ipse Inn. no. de ec. ædi. c. 1. ubi innuit quòd collegiũ leprosorũ est religiosum. ¶Solu. intellige illud secundum præmissa, s. quando habent ecclesiam auctoritate superioris. Alias malè dicitur ut patet in eo quod no. Io. An. & Pan. de religio. domi. c. 2. super uerbo secularibus clericis in clem. Si uerò præsupponimus locum fore ecclesiasticum & præscriptionẽ de qua supra dictum est probari posse; debet censeri locus exemptus. Verum tamẽ sit & locus sic exemptus quo minus episcopus loci posset exigere rationem auctoritate apostolica. ut in c. 2. de religio. domi. in clem. ¶Processus igitur factus contra talem Rectorem per Vicarium Episcopi ut reddat rationẽ & per uicarium non est expressum, quia tanquam delegatus uel auctoritate apostolica hoc facit, est nullus. Quia ex quo non exprimit, intelligitur uti sua ordinaria ptãte quia delegata non præsumitur nisi appareat uel probetur. Si quis igitur † duplici potestate potest uti, una ordinaria altera delegata, & in procedendo exprimit nomen ordinarii. nõ psumitur quòd auctoritate apostolica hoc faciat ut põt colligi ex uerbis Inn. & Host. de off. ord. licet in uerbo faciendi. & de præscrip. cum officii. Idem in legato dicẽdũ uidetur ad hoc de præben. hij qui li. 6. immo potest dici ꝙ episcopus cõstituendo generalem uicarium non uidetur committere nisi ea, quæ competunt sibi ratione ordinariæ iurisdictionis. arg. ad hoc d. c. 2. & de procu. qui ad agendum. lib. 6. Non autem ea quæ competunt sibi ex delegata potestate, nec talis potestas delegata quamuis ppetua, transit in capitulum sede uac. ut no. Archi. in trac. heret. in 3. charta. §. post hoc quero. & §. sequen. Et sic uidetur mihi Federico de Senis tunc actu Perusii legenti. In quorum testimonium &c.

¶Responsio do. Federici de Senis, & alorum doctorum ad pulchrum dubium.

SVMMAE.

1 *Decedere pro parte testatus & pro parte intestatus nemo debet.*

2 *Potestas Romanæ ecclesiæ dicitur esse à deo immediate, & Christi fidelibus singulari priuilegio prælata.*

3 *Romanæ ecclesiæ auctoritas in decisionibus causarum et negotiorum quod præferatur expositoribus sacræ scripturæ.*

4 *Ad Romanam ecclesiam recurrendo pro terminatione in dubiis & arduis, & maxime in articulis fidei.*

5 *Quod sancta mater ecclesia determinauerit de necessitate tenendum sit, quæ errare non potest.*

6 *Lex ciuilis seruanda est ut canon, nisi peccatum contineat, nam ecclesia Romana leges Imperiales approbauit.*

7 *Dominium rerum quo iure & quibus modis quæratur.*

8 *Testatoris uoluntas à iure deuians an sit seruanda.*

9 *Bona testatoris præter iuris ordinem occupans uel contra eius uoluntatem tenetur ad restitutionem.*

QVAESTIO CXXXI.

CAsus talis est. Quidam testator in testamento suo inter cætera sic disposuit. Relinquo domine B. sorori meç. x. sol. & uolo quòd de bonis meis plus petere uel habere nõ possit aliqua ratione uel causa. Itẽ domino Pe. relinquo decem solidos, & i ipsis dictum dominum Pe. hæredem instituo. Cum in ipso testãtõ nullum alium hæredem uniuersalem uel particularem instituit certũ est quod de iure ciuili cui canones nõ cõtradicũt iste institutus in x. sol. habetur pro herede 1 uniuersali, quia † non debet quis decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. ff. de hæred. insti. l. j. & C. e. ti. l. quoties. ¶Nunc quæritur an finè peccato iste dominus petrus posset ultra decem solidos in quibus heres institutus est petere Et si aliquid habuit ultra; utrum possit illud retinere sine peccato. Simili modo quæritur de domina D. cui simpliciter fuit relicta quantitas decem solido. & uetita fuit, quòd amplius habere nõ posset de iure ciuili. cui canones cõsentiũt an plus petere possit. ¶Et si aliquid habuerit plus an teneatur restituere. Circa quod 2 sciendum est quòd † potestas Romanç ecclesiæ immediate est à Deo, & uoce Domini uniuerso orbi & Christi fidelibus singulari priuilegio plata est 21. dist. in nouo & c. quamuis. Et ex isto priuilegio a potestate clauiũ cõcessa beato Petro, & post eum successoribus suis, habet Romana ecclesia potestatem condendi canones, & ligãdi & 3 soluendi de transla. epi. c. 1. † & in decisionibus causarũ & negociorum. ubi requiritur scientia & potestas, preferatur auctoritas Romanæ ecclesię expositoribus sacræ scri 4 puræ. xx. dist. §. j. † Et ubicunq; in ecclesia sancta Dei aliquod dubium & arduum accidit; maximè in articulis fidei: ad Romanã ecclesiam recurrendum est pro termi- 5 natione † & quod sancta mater ecclesia determinauerit, de necessitate tenẽdum est: quia ipsa finaliter errare non potest, cum Christus pro ea orauit, nè eius fides deficiat. hnc probatur per ordinem. 23. q. 1. quoniam uetus. & in ti. de sum. trin. c. 1. lib. 6. & eo. titu. in const. cle. publicatis per dominum Ioannem papam. extra de hæreti. cum Christus & de bap. maiores in prin. 23. q. 1. hæc est fides & c. pudenda. sancta ergo mater ecclesia in suis canonib. & decretalibus doctrinæ ueteris, & noui testamẽti, adheteus, omne quod est peccatũ, & quod ex eo sequi potest, p hibet, & nulla constitutio contra ius diuinũ ualere põt. de cõsue. c. ult. & c. uigilanti, & c. fi. de prescrip. ubi ergo expresse ius diuinum morale nõ contradicat canoni nel decretali. & in dubio presumendũ est quòd quicquid facit Romanus pontifex uel statuit, quòd illud sit bene factũ uel statutũ. ut dicit vrbanus papa. 25. q. 1. sunt quidã.
6 ¶Consequenter sciendũ est † quòd lex ciuilis nisi manifestè cõtineat peccatũ, uel canonicè cõtradicat, tãquã canõ seruanda est, quia Romana ecclesia leges imperiales approbauit. ut patet. x. distinct. de capel. & de noui oper. nunci a. c. 1. & ibi sunt aliæ concordantiæ. Item consequenter sciendũ ẽ, quòd iure ciuili & canonico statutum est, quòd testator nõ põt facere quod leges uõ habeãt locum in suo testamento. quia oẽs, legibus & canonib. Romanorum Pontificum & Imperatorem astringuntur de loca. potuit. ff. de leg. 1. l. nemo potest. ¶De canone patet

tet per Inno. monarchã iuris diuini & humanis de testa. requisisti.imò multa disponuntur per canonẽ in testamentis contra uoluntatem testantium,ut eodem ti.tua & c. Raynaldus in fine. ¶Item appropinquando proposito meo sciendum est, quòd iure Romanorum pontificum, Regum, & Imperatorum statutum est. quòd:hæc si domus tua, hæc si uilla tux, id est domina rerum & modi acquirendi dominia introducti sunt à iuregentium & cõstitutione humana. Et dicit beatus Augustinus cuius uer
7 ba habentur 8.disl.quo iure†inter modos uerò acquirendi est per heredis institutionem, hæreditatis aditionem, & acceptationem legati. Item licet leges & canones sūmè faueant uoluntatibus testatorum, tamen interdum
8 declinant ab eis. Quid enim †si testator relinquit aliqd non capaci? puta spurio, bue pagano, nel bæretico. nunquid seruabitur talis uoluntas uel testator uult quod ossa sua proiiciātur in mari, uel priuauit filios, nel patronos. Certè non seruabitur talis uoluntas, quia leges hoc uolunt, & quòd lex statuit canon approbat, & quòd uult canon, hoc uult deus, quia conditor canonis potestatem
9 habet à deo, ut probatur ex præmisfis. ¶†Ergo concludo quòd domino B. si aliquid u/tra decem soli. habet ex bonis illius testatoris inuito eo cuius interest, tenetur illud restituere, quia illud habet contra uoluntatem testatoris expressam, quæ uoluntas de iure communi seruanda est, & hoc non uidetur habere aliquam dubitationem. Dominus uerò. P. debet habere totū residuū ex potestate legis, id est iuris interpretatione, quę lex uoluit, ut supra dictum est, quòd iste habeatur pro hærede uniuersali. Nec est hoc contra intentionem testatoris, quia testator non prohibuit, quòd iste dominus. P. non posit amplius de bonis suis habere. Quod ergo non apertè declaranit testator lex suppleuit & declarauit. Nec est hoc nouum. Nam in contractu sponsaliorum boc obtinuit, ut de desp.impu.c.uno lib.6. Cum ergo tractemus hic de modo acquirendi dominium introducto à lege humxna, & lex humana sic interpretatur intentionem testatoris, & talis lex habeatur pro canone, & q᷑ facit canon facit deus, uidetur quòd iste.P. sine peccato uniuersam hæreditatẽ dicti testatoris posset retinere, quia ex quo retinet eam auctoritate iuris, à quo pendent rerum domina, non peccat 14.quęst.3. non peccat, & quòd de iure possidetur iuste possidetur. de uerd.sig.ius cum concor.suis. Præfatæ ergo domiue B. resistit testatoris sntentio, & legis auctoritas. Sed pręfato domino. P. assistit legis auctoritas, & intentio testatoris præsumpta, & legis potestatem supplet canon ex interpretatione.

¶Frater Petrus de palude.

¶Dominus Frater Petrus de palude ordinis fratrum prædicatorum utriusque iuris doctor & sacræ paginæ magister parrixrcha Hierosolimitanus. uisis per eum suprascriptis, & suppositis tanquam ueris respondit, quòd de bonis acquirendis de bona conscientia standum est iuri, sicut superius continetur. Addit tamen, quòd si testator fuerit ꝑ malitiam circunuentus, deceptus uel seductus ut faceret dominum petrum hæredem in decem soli dos, ut ꝑ hoc succederet, in aliis nō per eū declaratis qđ in illo casu non posset dominus petrus omnia illa habere de bona conscientia, quia si deceptus, uel circumuētus uel seductus fuisset testator, ex quo hoc apparet esse contra mentem testatoris, quia non intelligit nec credidit illū debere nec posse succedere. in omnibusillis bonis suis licet de rigore iuris & iuris interpretatione posset esse hæres in omnibus. ¶De domina uero B. non est quæstio, quia non potest ultra quam sibi relictum est aliquid de bona conscientia habere, quia hoc esset contra expressā mentem testatoris.

¶Frater Dominicus de Lamfredis.

¶Et sic mihi fratri Dominico de Lamfredis ordinis prædicatorum super prædicto casu uidetur & respondit, & uerum sic esse credo, ut dictus dominus diffiniuit.

¶Raynerius Abbas.

¶Ego Rainerius Abbas Podii boniti uisis & diligenter consideratis prædictis, & attendens quòd per leges nulli debet laqueus iniici: ut dicit canon 17.q.s.de uidu is, & supra tangitur, per leges scilicet sic ordinatum est. Si sic nō potest esse sine peccato iā per leges laqueus inii ceretur quod sentire esset absurdum. Et quia scriptum est. Omne, q᷑ non est ex fide &c. 18. q.1.§.ex his, & de pe.dist.3.ad fi.§.illud, & de præscrip.c. ult. Et exponitur sneft.ex conscientia: ut in §. ex his præallegato. habetur textualiter, & no.in c.ult.supra alleg.sed ex fide, idest cōscientia est lex illa, quę hæreditatem differt institutio in certa re. nisi alius uniuersaliter uel i quota sit institutus, ita lex ciuilis & canonica circa domina rerum, & illi tollit, & alteri confert. Pari ergo rati one & lex illa quę hęreditatem defert instituto in certa re. ubi alius hæres institutus non est ex fide, id est cōscientia est. Nam si fiat contra conscientiam præcepti uel prohibitionis tūc non esset conscientia. Sed in casu nostro nullum præceptum uel nulla prohibitio in contrarium ab ecclesia inuenitur sed approbatio. ut probat cano. 10. dist. si in adiutorium. Et alia iura supra inducta. ¶ Quid plura canon loquens de præscriptione rerum & earum domino appellat leges Romanas & dicit eas leges diuinitus, per ora principum promulgatis 10.q.3. c.ultim. Vnde credo, q᷑ supra scribitur uerum tenendum omnino habere. Et illum dominum P. iuste succedere. Et illam dominam. B. ultra legatum nō posse petere, nec etaim retinere, nisi de uolūtate domini P. prædicti.

¶Responsio Federici ad pulchrum dubium.

SVMMAE.

1 *Beneficium ecclesiasticum uel rectoratus: nomen prioratus obtinens, an minori 14. an. maiori tamen septennio conferri posit.*
2 *Prioratus non collegiatus an sit dignita s.*
3 *Prioratus duo an ab uno possit baberi.*

QVAESTIO CXXXII.

Casus talis est. Quædam est canonica ruralis, sine prioratus sine collegio, & sine cura. Nam non habet parochiam uel limites parochiæ, nec ius decimandi, nec parochianos aliquos, nec potestatem aliquam censuram exercendi in aliquos, nec habet aliam prærogatiuam inter alios rectores. nec habet ius, quòd aliqui debeant sepeliri in eius cœmeterio, ita quòd rector eius nil aliud habet facere, nisi dicere officium suū, custodire muros ecclesiæ, & fructus percipere de quibusdam terris & possessionibus ecclesię. Verum tamen iste talis rector uocatur prior, & ipsum beneficium
1 uocatur canonica. ¶Nunc quæritur † an tale beneficium possit conferri minor 14. annis: maiori tamen septennio. Et uidetur, q᷑ non, uam prioratus dignitas est, de præbē. nisi, ergo non potest, de electione, cum in cunctis, & de æta. & qualita. c. uno lib.6. Et si non est dignitas, non potest negari quin sit personatus, de præben. cum singula super uerbo prioratibus li.6. Ioan. And. & Archid. dicunt ibi etiam non curatis, & alias de præb. de multa. & de electio. dudum 2. Quasi dicant prioratus est personatus. Vnde dico, quòd nun est curatum, tamen idem indicium est de personatu non curatu: sicut de ecclesia curata: ad idem quod no. Archid. de consue. c.1. li.6. in fin. magnæ glo. ubi dicit quod archipresbyteri, Præpositi, & decani ruales sunt constituti in dignitate. in contrarium facit, quod

qđ no. Ioan. And. de rescr. & si in gl. de istius ætate in cle.
2 ubi dicit quòd † prioratus non collegiatus non est dign ĩ tas. ad idem de elec. statutum lib. 6. ubi dicitur quod ecclesia prrochialis curata nõ collegiata, non est dignitas. Ergo multominus in casu nostro cum nec collegium nec curam nec aliquam habeat iurisdictionem. Ad idem a cõtrario sensu de statu mo. c. t. §. cæterum in cle. ubi dicit ꝙ prioratus curatus sine aliqua dispensatione potest cõferri habẽti 23. annos. Datur ergo intelligi ꝙ prioratus nec est dignitas, nec personatus, alias non posset conferri sine dispensatione minori. 25. ut in c. uno. de ęta. & quali. ergo si non est personatus, nec aliter habet curã: dicemus ipsum sim plex beneficiũ. & sic potest cõferri minori. 14. annis, ad hoc de elec. ex eo ꝙ li. 6. & facit quod no. de præb. super inordinata. Et uidemus per experientiam ꝙ si plebes nõ sunt curatæ nec alias collegiatæ nec sub se hẽant capellas, nec super aliquos habeãt iurisdõnem, uel prerogatiuam, cõferuntur ut beneficia simplicia: ut in Pleba no de Preto Grossetanæ diœcesis qui duas plebes habet. Idem in Archipresbytero Massæ, nã nõ est dubium quòd consuetudine potest introduci. ut beneficium perdat naturam antiquam & noua accipiat, ad hoc de præb. cũ de beneficio, li. 6. Itẽ uidemus quòd qñ iura faciunt mẽtionẽ de dignitatibus & personatibus nominant prioratus: ut de offi. or. c. præsenti. li. 6. Sed ad quid fieret specialis mẽtio de prioratibus si includeretur sub nomine dignitatũ, & personatuũ frustra. Imo nominando prioratuũ, & per se membrũ faciẽdo, dat intelligere quòd alia nõ includũtur sub præcedentibus ar. ad hoc. ff. de aur. & arg. leg. l. 1. ad idem constitutio. Ioan. 22. quæ incipit spectabilis quæ plures & plures dat dignitates prioratus, personatus ecclesiæ &c. Et prima declaratio facta super illa constitutione dicit quod abbatia quę aliàs est dignitas: ut de insti. ca. ult. si non est curata. nec alias habet alia propter q̃ dignitas uel personatus dicatur, non comprehẽditur sub illa cõstitutione. Et sic uidetur posse concludi qđ ex quo non est dignitas, uel personatus. uel alias curatus. potest conferri septennio maiori. Contrarium no. Io. An. & Arscrip. si eo tempore. lib. 6. non illa ratione quod sit dignitas uel personatus. Addi. Non ob. de præben. nisi quia ibi loquitur de prioratu cõuentuali regulari uel seculari. Et ideo ob. glo. Io. And. & Archi. de præb. cum singul. super
3 uerbo prioratibus. Quia † licet prioratus sit sine cura. tamen non possunt duo haberi. Nec alia duo beneficia simplicia licet haberi de iure communi maxime in religiosis in quibus magis ambitio prohibetur. ut de ele. c. ult. in cl. Itẽ potuerunt intelligere præfati Ioan. And. & Archidia. de prioratibus qui alias tales sint quod sonẽt in dignitatẽ uel personatum-alias contradiceret illa gloss. de rescrip. Et si principalis in gl. de istius ætate in cle. Nec ob. gl. Archi. de consue. c. 1. in fi. lib. 6. quia illa glo. debet intelligi de Archipresbyteris & Decanis, qui uel ratione clericorum Collegiorum uel capellarum uel alterius prærogatiuę, ut Prioratus dignitatem uel personatum hẽre deberent de uer. sig. quamuis idest.

¶Consilium Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Appellans à sententia diffinitiua si negligens sit appel. prosequi coram quo iudice condemnabitur in expensis.*

2 *Appellatus appellatore negligente potest petere sententiam pro se latam confirmari per iudicem appellationis.*

3 *Exceptio rei iudicatæ potest in uim peremptoriæ & dilatoriæ opponi.*

QVAESTIO CXXXIII.

Casus talis est. Quidam a sñia contra se lata appellauit; coram iudice appellationis comparuit, libellum obtulit, litẽ cũ appellatio in ipsa appellationis causa cõtestat est i processu causæ pp neligẽtiã appellãtis tẽpora exercẽdæ appellationis sunt decursa, & sic appellatio deserta est, & rata manet sñia. & iuris interpretatione fingitur nõ appellatũ in quo casu iudex appel lationis pronũciat iustẽ uel iniustẽ pronũciatũ. ut C. de appel. eos in gloss. not. formã. Appellatus uero petit a iudice appellationis declarari & pronũciari tẽpora fore decursa. & se relaxari ab obseruatione iudicij. & cõdemnari sibi appellanrẽ in expensis quas ipse appellatus fecit occasione talis appellationis. ¶Quæ
1 ritur nũquid rectè petat. ¶†Ad quod sciendũ est indubiũ ter uerũ esse appellantẽ, nõ prosequẽtẽ uel deficiẽtẽ seu succũbentẽ in causa appellationis, condemnari debere in expensis. sufficit remitti ubi communiter tractatur materia extra de dolo & contu. finem cum moderatione quam ibi ponit Innocen. & Hosti. Sed restat uidendum per quem in casu præmisso fiat ista condemnatio expensarum, an per iudicem primum, an per iudicem appellationis. & certum est quando iudex appellationis pronũciat malẽ appellatum & condemnat appellantem in expensis. 2. q. 6. omnimodo. & §. pater. & extra de ap. cum in ecclesia. & c. ut debitus. & alio multiplici remedio: eius calumnia & temeritas a lege compescitur. C. de ap. l. eos ad finẽ quorum ap. non reci. l. ab executione in fine & de pœnis calumniam. Et iste casus est indubitabilis sed non est casus noster. ¶Item quando appellãs nullo modo pro
2 sequatur appellationem & etiam appellatus. Quod † appellatus appellatore neglig ẽte potest petere sententiam pro se latam confirmari per iudicem appellationis ut extra de ap. abbate. & C. eo. tit. auf. ei qui. canonizata. 12. q. 6. siquis appel. & per cõsequens iudex appellationis nunquam habuit exercitum causæ appellationis, quia nunquam fuit aditus per aliquam partium. in isto casu iudex appellationis, qui de appellationis causa nullatenus cognoscit in expẽsis non condemnat uegligẽtem, sed potius primus iudex maximẽ si erat ordinarius extra de ap. reprehensibilis cum si. & iste non est casus noster ad literam. ¶Sed ueniẽdo ad casum nostrum prẽmittamus duo generalia ad euidentiam responsionis faciendæ. Primum est quod omnis frustrator, calumniosus, uel temerarius, seu dolosus, siue impetrando, siue agendo, siue excipiendo, uel alium actum in iudicio uel extra faciendo, puniatur saltem in expensis; quas aduersarius fecit occasione huiusmodi. probatur hoc per eum ordinem extra de rescrip. cæterum & cap. ex parte ij. & cod. titu. c. ulti. & de dolo. & contumacia capitulo secundo & cap. finem. de pœnis. cap. calumnia. Secundum est quod quilibet iudex cognoscit an sua sit iurisdictio extra de rescri. c. sup litteras ad eo impetratas nullas esse ipso iure, nihilóminus tamen condemnat in expensis impetrantem & adeũtem. & de hoc multi iuris ignari mirarentur. Et de hoc est casus. extra de rescrip. cap. ult. & ibi gloss. & clarius eodem titulo capitu. 1. in consilio Vien. ¶Item sciendum est quod ista exceptio, quæ proponitur coram iudice appellationis uidelicet dico & excipio appellationi expressè renunciatum esse uel tacitè, ut quia tempora sunt decursa. uel dico non fuisse appellatum in scriptis uel infra x. dies, uel nullo modo fuisse appellatum potest opponi in uim dilatoriæ coram iudice appellationis cõtra iurisdictionem ipsius. ¶Nam huiusmodi exceptione probata cõcluditur sñiam a qua fuit appellatũ uel iterlocutoriã,
3 uel diffinitiuã transisse in rẽ iudicatã. Sed certè ꝙ † exceptio rei iudicatæ pôt oponi in uim perẽptoriæ & in uim dilatoriç. De primo est casus extra de ap. Romana §. si ue

ro uocatis li.6.Et de secundo est casus.e.li.de lit.conte.c.
1.C.ten.rescin.nõ pos.l.impetrata.& utrobique satis Ar-
chi. post Inn. & Hoſt.Igitur respondendo qõni proposi-
tæ,dico quod si appellatus corã iudice appellationis con
stitutus siue in principio siue in processu dicat & probet,
domine iudex uos non potestis ulterius procedere in cã
appellationis.nec iurisdõnem habetis quia appellatio est
deserta.Et quia terminatum est tacitè scilicet quia tèpo-
ra sunt diuersa relaxetis me ab obseruantia iudicij.Et nõ
teneatis me plus & condènetis appellantem in expẽsis,
quas feci occasione huiusmodi frustrationis.Quis homo,
sanæ mentis posset negare quod iudex appellationis non
posset de hoc cognoscere?cum sit casus in princ.§.si uero
uocatis.& si cognouerit ita esse quis p cõsequens dubita-
bit quod cõdemnare poterit frustrantem & nõ prosequẽ
tem in expensis.Certe nullus dubitare debet per iura præ
missa.Idem sentit Ioan.An.extra de ap.c.1.in fi.li.6. Idem
super eodem de uerbo ad uerbum do.Archi.nota.quòd di
xi supra , ꝙ qñ iudex appellationis prima facie fuit iudex
& cognoscere cœpit quisquis sit exitus causæ appellatio
nis iudex appellationis appellantem condemnat in expẽ
sis probatur co.tit.cum appel.1.respon.& c.ex parte.2.&
ibi in glo.

¶Ego Federicus de Senis licet insufficiens decretorũ do-
ctor supradicta compendiosa scripta consulendo scripsi
& sigillum meum apposui consuetum.saluo semper con
silio saniori.& meliori.

¶Consilium Federici de Senis.

S V M M AE.

1 *Monachus an hospitali non curato præfici possit.*

2 *Monachus ponitur in prioribus,& alys benecicijs obediẽ tiarijs per Abbatem & conuentum,& reuocari potest per solum Abbatem.*

3 *Qui potest instituere quod etiã distituere possit si assumptum huiusmodi qualiter procedat.*

4 *Claustrales quod non possint directè uel indirectè perpetuari in beneficijs.*

QVAESTIO CXXXIIII.

CAsus talis est.Quidam Abbas non exemptus ha-
bens sub se unum hospitale in quo non est ec-
clesia nec capella.nec curam habet aliquã ani-
marum, in quo hospitale ad Abbatem & Con-
uentum spectat præsentatio rectoris, qui debet esse mo-
nachus. & de gremio ipsius monasterii.& ad episcopum
ipsius confirmatio spectat. qui rector sic præsentatus &
confirmatus licet habeat certa bona ipsius hospitalis di-
sponenda,de quibus bene uiuere posset:tamen in ipso mo
nasterio uictum consueuit recipere , & uestitum.& in eo
continuam residentiam facere,& habere uocem in capi-
tulo.& stallum in choro,& nuncupari monachus mona-
sterii. & pro monacho dicti monasterii haberi,& nõ pro
rectore dicti hospitalis.& re uera monachus est dicti mo
nasterii. & pro monacho ipsius monasterii se gerit & re-
putat:ac etiam communiter reputatur. ¶Modo quęritur
an dictus monachus sic præsentatus,& confirmatus,inui
tus & episcopo contradicente,posset ad claustrum ipsius
monasterii reuocari.& si reuocari potest an per solum Ab
batem reuocari posset. Super hoc puncto habita delibera
tione sufficienti dicendum vř ꝙ reuocari põt inuitus &
sine consensu diœcesani.rõ est quia in themate præsup-
ponitur ꝙ iste rector remansit & est monachus monaste-
rii.nec per talem promotionem fuit absolutus à iugo clau
stri.ergo claustralis est.Ergo nec uelle,nec nolle habet.er
go obedire debet.nec contradicere potest.12.q.1. nolo
& c.non dicatis.& de elec.quorundam. & c.si religiosus
lib.6.¶ Et posito quòd in themate sine in puncto hoc nõ
fuisset præsuppositum tamen subintelligeretur. Nam ad
hoc quod monachus posset absolui à claustro & ab eo
plenè absolui & transferri;necesse est ꝙ ad illud monaste
rium uel curam animarum episcopo uel alio subiectam
transferatur ut de elec.constitutus.de sta.mo.c.quòd dei
1 cum si.¶ † Hinc est quòd de iure monachus non põt præ
fici hospitali non curato ut no.Io.An.& Pau.de reli. do-
mi.ca.2.in cle.Archi.18.dist.quidam.Si ergo non est ue-
rè translatus remansit sub potestate & obedientia Abba-
tis.Ergo obedire debet & reuocari potest . Imo quòd si
Abbas uellet non posset esse perpetuus. Ex quo præsup-
ponis eum monachum monasterij remansisse ꝙ præsup-
poni necesse est.Nec põt obligari Abbas monacho suo
ꝙ in uita sua teneat certum locum ut no.Host.qui cle.uel
uo.c.ulti.Et optimè facit ad præmissa quod no. Archi.de
offi.ordi.c.ulti.li.6.in magna glo.Et maximè in fi.& hoc
respectu iura nolunt prioratus confirmari monachis , nè
obedientia contemneretur de confir.uti.uel inut.c.ad no
stram.& c.porrectum cum si. Sed si monachus transfer-
tur ad curam animarum & per episcopum instituitur:
tunc nõ remanet monachus monasterii.nec quicquã ha-
bet cõe cum monasterio.14.q.1.c.uno.& s 1.q.2.si quis
iam translatus.16.q.1.ne cum cuiuslibet . Et talis mona-
chus sic plenè translatus non habet necesse tenere sociũ
sui ordinis ut uo.Io.An.& Pau.de sta.mo.in cle.c.1.in 6.
col.§.ad hoc.Sed contra de sta.mo.c.1.li.6.de priui.cum
& plantare.§.in ecclesiis. & quod no.Inn.de renun.c.ul-
ti.in fi.ubi requiritur licentia diœcesani sui confirmãtis.
¶So.illa loquũtur in clericis secularibus p abbatẽ præsẽ
tatis & in religiosis ad curã aiarũ trãslatis.Et perinde nil
cõe habẽtibus cum monasterio ut dictũ est supra . Nec.n.
est incõueniẽs quod monachus prior aut prioratus subie
ctus epo pro libito Abbatis possit ad claustrum reuoca-
ri.ut de priui.c.1.li.6.Imo monachum per epm institutũ
ad beneficium manuale Abbas reuocat ad claustrum. ut
no.de sup.ne.præl.ca.uno in gl.& in talibus in cle . Nec
sequitur non potest monachus ministrare in dicto hospi
tali sine licentia episcopi.ergo non potest reuocari sine
episcopo.Tolle instantiam in confessorib.minorũ , præ
dicatorum,qui non possunt audire confessiones sine licẽ
tia episcopi.& tamen possunt reuocare sine episcopo in
decre.super cathedram de sepul.in clemen.Sed reuera il
la sola ratio sufficit ꝙ per talem promotionem nõ fuit ab
solutus à monasterio & sic semper sub obedientia Abba
tis remanet.¶Et per hoc colligitur ꝙ posset allegari cõ-
trarium.de offi.Archid.ad hoc in fine licet in alio casu
loquatur. & de offi.uica.ad hoc ubi confirmatio episco-
pi,quæ erat ad tempus.si reuocari non poterat sine cau-
sa facit perpetuum & quòd sine causa & sine iudice reuo
2 cari non potest Lapus.¶Addi.¶ † Ad secundum quæsi-
tum dico quod Abbas & conuentus habeant ponere mo
nachos in prioratibus obediẽtiarijs.& alijs beneficijs.ta
men reuocatio potest fieri per solum Abbatem.Nec po-
test inuito abbate monachus talem prioratum uel hospi-
tale tenere xviij.quæstione prima nullam.de statu regu-
la.cũ ad monasterium.§.prior.uer.abbas . uero . Ad hoc
de elec. si religiosus lib.sexto de temp. ordinan . ad au-
res.de statu regula.capitulo primo in clemẽti.Et ex quo
remansit claustralis nec est perpetuus ut supra dictũ est,
remanet sub Abbate.& ei obedire tenetur. non obstante
3 quod conuentus nolit reuocare.† Nam non sequitur ad
conuentum pertinet institutio.ergo & destitutio ut de hæ
reti.cum ex iniuncto.quia id habet locum cum institutio
pertinet ad aliquẽ de iure communi,quòd non est in ca-
su nostro ut in c.nulla.absurdum est dicere quod iste sit
4 monachus & nõ teneatur obedire Abbati. ¶†Itẽ sequere
tur secundum hoc quod isti claustrales indirectè possint
perpetuari in beneficijs quod est contra iura , & facil qđ
nota-

nota.de confirmatio.uti.nel inn.porrectum. in gl.iij. Tota uirtus istius præcedentis dubii est.& cōsistit in hoc q̄a præsupponitur sicut debet quòd iste remansit monachus ut primo responso.

¶Responsio Federici ad quoddam dubium.

SVMMAE.

1 *In beneficio quæ nam requirantur ut dicatur dignitatem in se continere.*

2 *Recepisse aliquos ad sepulturam an faciat locum sepulturæ curatum.*

QVAESTIO CXXXV.

Casus talis est.Quidam habens beneficium curatū, adeptus est pacificam possessionem alicuius alterius beneficij, cuius beneficii natura & status est talis. Primo quia ipsum beneficium uocatur præpositura. & in isto beneficio sunt duo intitulati.unus uocatur Præpositus, alter beneficiatus tantum. & æqualiter diuidunt sibi redditus beneficij. Istud beneficium non habet collegium,nec capellas sub se,nec ius decimādi,nec baptizandi.nec habet aliquos parochianos.Sed iā sunt uiginti anni,& plus,q̄ iuxta ipsum beneficium erant quædam domus in quibus habitabant laboratores terrarum ecclesiæ,uel beneficij,& q̄nque propter uicinitatem ibant ad præpositum pro sacramentis ecclesiæ. Et inuenitur q̄ iā sunt uiginti anni uel circa q̄ apud ecclesiam uel præposituram prędictam , duo pueri siue puellæ pauperes sunt sepulti. Modo quæritur an uacet prima ecclesia curata.¶Super quibus habito conuenienti studio dico & consulo ego Federicus de Senis dictam ecclesiam non uacare.quia per narrata super dictum beneficium præpositura uocatū, nō est dignitas,nec p̄sonatus. nec habet curam aīmarum.nā non est p̄positura cathedralis, nec est

1 collegiata.nec alias habet capellas. †ista sunt quæ beneficiū faciunt esse dignitatem.ut patet de electio.statutum. & ne cleri.uel mona.c.1.lib.6.& in his quę no. Arch.de consue.c.1.in magna gl. ad finem de foro compe. Romana super uerbo prælatos li.6.nec est beneficium curatum nec ecclesia parochialis eū nullum locum habet designatum,uel parochiam,uel limitationem. infra quam uel in quos exerceet iura parochialia. ¶ Et posito sine præiudicio ueritatis q̄ olim fuerit parochialis,ex quo tamē modo non est,quia actu non habet parochiam nec parochianos,non habet locum pœna constitutionis de multa: ut no.Host.de cleri.non resi.quia non nulli in fine magnæ glo.Et facit qđ no.Io.An. de elec.licet canō in gl. sed nū

2 quid li.6.¶†Recepisse autem aliquos ad sepulturam non facit dici ecclesiam curatam uel parochialem. Nā sine cura potest ēt habere cimiterium ex consuetudine, uel auctoritate ep̄ali ut no.Archi. de sepul.c.1.li.6. Quod sola sepultura non faciat dici ecclesiā curatam not. Host.de ele.non resi.c.quia nonnulli nec ēt ius baptizādi ex quo non habet certam parochi am.ut no.do.Paulus de Bono post Host.de bap.c.nno. in clemen.

¶In Christi nomine amen.

¶Consilium Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Stante consuetudine quòd ecclesia rligioni subiecta regatur per clericum secularem cum episcopi licentia Abbatis & capituli consensu intercedente. & an ecclesia uacante possint Abbas & religiosi unum monachorū in illius rectorem sine episcopi licentia constituere.*

2 *Monaci & Religiosi quod possint promoueri ad ecclesias seculares,parochiales,curatas etiam quod ut episcopales.*

3 *Iura loquentia ne monachi soli habitent in capellis, de quibus monachis loquantur.*

4 *Ecclesiæ status antiquus sine regularis sit sine secularis non est per inferiorem ab episcopo conuertendus.*

5 *Beneficij appellatione quid in impetrationibus intelligatur;præcipuè ubi mandatur monachum collocari in beneficio competenti.*

QVAESTIO CXXXVI.

1 Factum tale est.† Quædam ecclesia parochialis subiecta cuidam monasterio monachorum cistercien. ordinis consueuit regi per clericum secularem electum & præsentatum per Abbatem & Capitulum ipsius monasterii. & per episcopum diœcesis institutum & confirmatum per xl.annos & ultra continuos,qui consueuit uocari Prior. Nunc uacante ipsa ecclesia Adbas & Capitulum uolunt eligere & ponere monachum ipsius monasterii.per quem monachum ipsa ecclesia regatur deinceps. ¶Quæritur an Abbas & Capitulum soli,sine ipso diœcesano;possint hoc facere,an episcopus diœcesis requisitus ab ais debeat hoc facere.&prę sentatum ab eis monachum admittere.& ipsum instituere & confirmare in ea. Et si non tenetur an de iure possit hoc facere diœcesanus & quomodo.¶Habita super p̄missis diligenti deliberatione,dico & consulo ego Federicus de Senis q̄ præfati Abbas & Capitulū Possunt monachum præsentare ad ecclesiam prædictam, & episcopus tenetur eum instituere & admittere si alias est idoneus & aliud non ob. Ratio est, † quia de iure communi

2 monaci & religiosi possunt promoueri ad ecclesias seculares parochiales curatas.siue sint episcopales siue non. & tunc sunt ex toto absoluti à monasterio.&tunc subsūt superioribus quibus subsunt ecclesiæ.quibus præficiuntur.lviij.dist.ca.1.& 2.& 16.q.ne pro cuiuslibet.18.q.2. c.uno eum similib. Et facit quòd no.Bcr. de elec. officij. & plene no.Hos.de sta.mona.quòd Dei.& placet Io.An. de elec.c.1.in fi.in clemen. Et tales sic præfecti curę non

3 coguntur habere sociū sui ordinis,quia † iura loquentia ne monachi soli habitent in capellis,loquuntur de monachis claustralibus qui possunt ad libitum superioris ad claustrum reuocari.& sic no.Io. An.& Pau. de sta.mona. c.j.§.ad hoc in clemen.& probaaur per illnm.§.& c.pe. &ulti.de capel.mo. & clarius in cōstitutione nouissima monachorum rubrica de monachis ad beneficia mittendis & canonicorum regularium rubrica de mittendis ad beneficia per dominum Benedictum 12. ¶ Restat respondere ad contraria. Et primo non obstat de præben.cum de beneficio lib.6.uer cōsueto.quia ideo ibi hoc accidit, quia hoc expressit in i mpetratione.Sed fortius cōstat de supplen.ne præla.c.1. in clemen.ibi clericis secularibus. Sed ibi soluitur.Nam prout ibi dicunt Io . An. & Paulus tunc demum monachus non potest habere beneficiū curatum consuetum regi per clericum secularem quando beneficium est simplex,uel si est curatum nō potest habere ipsū:ut claustralis.quia tunc debet sortiri de alio monacho.Et sic alteretur conditio & status beneficii, q̄ per se abbas facere non potest.de sta. mo.c.j.§. ad hoc cū sua glo.aliàs sequeretur non esse uerum,quòd primo dictum est,scilicet q̄ religiosi possunt pręfici ecclesiis secularibus curatis.eum omnes ecclesiæ parochialis sint per clericos seculares gubernandæ,quòd est uerum:ut supra p̄batum est.& ita dico &c.

¶ Impugnatio consultoris.

¶Salua pace cōsultoris,dico q̄ Abbas & cōuētus sine epi

scopo non potest ponere monachum in ecclesia. de qua
quæritur.Imo nec episcopus monachum præsentatum p
eos admittere cogitur.quod clare uot. Hostien.de re.ec-
cle.non alienan.possesfiones & Archid.18.q.2.peruenit.
3 Status † enim antiqnis cuiuslibet ecclesiæ,siue sit regula
ris siue secularis considerandus est & non per inferioré
episcopo conuertendus, ut de sup.ne.prælat.c.2.nam sta
tus ecclesiarum quantum ad immutationem dependet à
potestate episcopi nō Abbatis 10.q.1.decretum.&c.regē
da.& per Inno.de exces.prælat. c. sicut unire & expresè
quo ad casum nostrum. per Arch.de præb.cum de benefi
cio li.6.¶Nec obstat quod dicitur per dictum consultoré
ꝙ religiosus potest præfici ecclesiæ seculari curatæ.Fa-
teor enim id fieri posse per Papam uel Epm.& ex cā non
per alium. Sic intelliguntur allegata per eum.Probatur
hæc solutio per ea, quæ no.Host.de statu mon.qđ Dei
quam gl.non debuit pro se inducere dictus cōsultor.No.
ipse etiam Host.in c.possesfiones & Archi.in c.peruenit.
superius allegatis.¶Concludo igitur quod nisi Abbas &
Cōuentus infra sex menses præsentēt clericum seculaṙē
posset episcopus eidem ecclesiæ de seculari clerico ꝓui
dere. ut no.Pet. & Abbas de sup.neg.pręla.c.2.& Archi.
in c.cum de beneficio.de præben.li.6.

¶Reimpugnatio facta per Federicum contra consulentem.

¶Antequam detur consilium ad præmissa scribens uult cer
tius declarari quod monaci fuerunt negligentes.Et ideo
iterato quæro & questionem formo sic.In quadam Ple-
be collegiata canonici elegerūt successiue plures cano-
nicos seculares qui ibi instituit cōtinue rexerunt illā ple
bem spacio.xl.annorum & plurium. ¶Item in quadam
capella curata patroni layci,uel clerici,uel religiosi præ
sentauerunt unum uel plures clericos seculares ad illam
qui ibi instituit continuare rexerunt illam tantundem tē
pus.Nunc uero uacantibus plebe & capella canonici eli
gunt religiosum,& patroni præsentant religiosum.Quæ
ritur nunquid episcopus teneatur præfatas præsentatio-
nem & electionem admittere,& perinde sic quern.An iu
re cōi religiosus posset præfici & promoueri ad ecclesiā
curatam secularem per uiam collationis,electionis,uel
præsentationis.Dico quod in casibus prædictis ualet ele
ctio,& præsentatio.& si ita est sequitur necessario quod
debeat admitti.quia electus innititur iuri de electio. si
postquam cum multis similibus.& 16.q.ultima decerni
mus.quod ualeat electio & præsentatio & per quemcun
que modum facta promotio de religioso ad ecclesiā uel
dignitatem curatas tenet Ioan.58.di.c.2.& Bernardus ex
tra de statu mona.c.2.in 2.gl.in fine.& Arch.16. q. 1.ne
pro cuiuslibet.& Ioan.Andr.& Pau.de ele.c.1.in cle.&
de sup.neg.præla.c.uno.super uerbo secularibus.& idem
Bernardus de elec.officij.in gl.magna ibi.sed bene eligū
tur,monaci ad prælationes secularis ecclesię.& ultra hoc
allego quod supra in alio consilio cōtinetur.¶Restat re
spondere ad ea quæ supra sunt scripta contra illud cōsi-
lium. & primo ad glossam Hostien.positam in c.posses-
siones quam repetit Archi.18.q.2.peruenit.& dico quod
4 illa glo.non obstat.Nam † si mandaretur monachum col
locari in beneficio competēti,nomine beneficii in impe
trationibus non intelligitur beneficium curatum.de præ
ben.c.ulti.& eo. titu. cum in illis lib.6.Igitur si curatum
non comprehenditur:sequitur quod collocari debet in
monasterio uel beneficio regulari.quia ad beneficiū sim
plex promoueri non potest.Nec mutatur per hoc,uel al-
teratur status ecclesiæ etiam si talis monachus regeret
dictam plebem uel capellam spacio xl.annorum & plu-
rium. Ratio est,quia talis monachus non gubernat di-
ctam ecclesiam ut monachalem regularem.sed ut secula-
rem.& ut secularis clericus.ut no.16.q.1.c.3.de cele.mis
sa.c.2.in clemen.& sine socio religioso.ut no.de sta.mo.
c.1.§.ad hoc in gloss.sępius dixi facit quod not.Ioan.An.
de sup.negli.præla.c.quia regularis in cle.super uerbo se
cularibus.Lapus. ¶Addi. ¶Vnde eo mortuo poterit eligi
uel præsentari clericus secularis.Dico etiam quod gl.Ho
sti. quam consulens pro se allegauerat.& quam respon-
dens dicit facere contra.sed pro. Nam ipse Host.in c. qđ
Dei super uer.in presyteros ordinarij in uer. intelligas
etiam ibi.quamuis enim illa iura dicant quod sicut mona
chus potest præfici ad episcopatū sic ad dignitates alias.
quia eadem est ratio scilicet propter salutem animarum.
Sed nullus dubitat quin de iure communi ad episcopa-
tum potest assumi monachus.18.q.2. c.uno de elec.ca.2.
in fine.in clemen.Igitur si eadem est ratio in qualibet di-
gnitate sequitur, quòd electio uel præsentatio facta de
monacho ad curam animarum siue sit dignitas siue re-
ctoria tenet mero iure.ergo necessariò confirmanda.Nō
obstat,quod dicit Hostien.in eadem gloss.uersicu.sed nū
quid.in ecclesia collegiata.quia ipse nō intelligit de pri
cipali prælatura ecclesiæ collegiatę,sed de dignitate uel
personatu in ipsa ecclesia,quod colligitur dum dicit uel
etiam simplex canonicatus.alias Hostien.contradiceret
sibi. Et quod Hostien.sic intellexit placet Paulo.de ele-
ctio.capitulo primo super uer.monasteriis in clemen.
¶Dominus Ioan Andr.repetens illud dictum Hostien.in
c.1.de electio. uidetur de ipso non curare. Sed posito si-
ne præiudicio ueritatis quòd ad ecclesiam curatam colle
giatam de iure communi non posset promoueri.tamē de
ecclesia parochiali curata non collegiata non dubitāt ꝑ
dicti doctores.Sed ecclesia nostra ad quam est præsenta-
tus monachus non est collegiata nec probata collegiata
per rescriptum Nicolai.quia talia uerba sunt narratoria,
quæ non probant nec necessariò inferunt.ut de priuile.si
Papa lib.6.& de senten.excommunicatio. si sumus in cle
menti. & quia inter iuris peritos quæstio præmissa satis
dubitabilis est,expedit ad iuris illuminatoré recurri scili
cet ad dominum Ioannem Andream,& eius cōsilium sit
in casu nostro imposterum profuturum.

¶In Christi nomine amen.

SVMMAE.

1 *Libri quos habet frater minor ad usum occasione officij, an propter eius delictum possint ei auferri.& si contra auferentem possit ferri excommunicatio.*

2 *Confiscatio quæ nam propriè dicatur, & cuius sit effectus.*

3 *Excōicatus & irregularis effectus cum post excommunicationem celebrauerit, si cōiter reputaret integri status quod ualeant & subsistant quæcunque gesserit.*

4 *Excommunicatus an possit excommunicare.*

5 *Cōis opinio & fama à quibus ortū habuerint attenditur.*

QVAESTIO CXXXVII.

Viso & examinato quodam consilio lato & reddi-
to per egregios uiros do. Paulum de Bon.& An-
dream de Guaritarijs de Senis.morā Bon.trahen
tē,tunc decretorum doctores sub anno domini.
Mcccxv.die tertia mensis Martij publicato per Petrū quō
dam bonauentura de Guaritarijs de Senis notarium, &
rōnibus in ipso cōsilio redditis. In quo quidem consilio
1 quæritur † an quidā inquisitor sententiam excōicationis
incurrat pro eo ꝙ sciēter appropriauit sibiipsi & quibus
dā aliis libros,quos qdā frater minor habebat ad usū oc-
casione officij inquisitionis ꝓꝑ delictum ipsius fratris,cu
ius punitio ad inqsitionis officiū ꝑtinebat.¶Ego Federi-
cus de Senis nūc actu Perusii legens eidē cōsilio assentio.
Hoc saluò ꝙ si ille frater cui libri fuerūt ablati, Inqsitor
& alij,quibus fuit facta applicatio essent eiusdē cōuētus
ita

ita q per hanc applicationē conuentui, cuius reuera erāt
prędicti libri nullum factum est præiudiciū, nec ob eius
dominio uel potestate facta est aliqua distractio, uel alie
natio per huiusmodi applicationē, sed illā hēt potestatē
in illis, quā prius habebat in libris existētibus apud illū
fratrem. In isto casu dico dictū inquisitorē excōicatū non
esse, qa hoc præsupponendo nulla facta est cōfiscatio li-
1 brorū dicti conuentus. † Quia tūc proprie dr̄ confiscatio
qn̄ dominium rerū de uno ad alium transfertur. sufficiūt
exempla de hæret. c. pe. li. 6. & faciunt no. de his quę fiūt
à præla c. cum apostolica, & qđ no. Inn. & Host. de prob.
ex literis circa principium, de duobus canonicis eiusdē
ecclesię ad inuicē litigantibus. ¶ Item uiso & examinato
quoda alio consilio lato & reddito per eosdem & dn̄m
Ioānem de Calderinis de bon. decretorū doctorem sup
facto cuiusdā ministri fecit quendam locum in quodam
burgo sine licentia papali, siue apostolicę sedis. Super
quo facto eliciuntur quinque quęstiones, & super facto
cuiusdam cōmissionis uisitationis factæ per Generalem
Ministrum Prouinciali Ministri Ian. in Prouincia Bon.
super quo tamen facto elicitur una qō. Ego Federicus p̄-
dictus assentio. hoc saluo quod licet dictus Minister fue-
rit excōmunicatus & irregularis, si postea celebrauit, ta-
men si communiter reputabatur, & habebatur, & tene-
batur, à prelatis, & subditis Prouincię non excōicatus,
non irregularis, & omnia faciebat tanquā prelatus inte-
gri status, puta quia ignorabat seu errabatur in facto, q
de eius mandato & uoluntate fuit facta cōstitutio talis lo
ci uel si sciebat excusabat se ita, & taliter, uel quomodo-
cūque, q cōis opinio sic erat, q erat prælatus integri sta
tus, & sic cōiter reputabatur. in isto casu dico dicta acta &
gesta p talē Ministrū ualere. Saluo, q alium excōicare nō
potuit. iuxta no. de re iud. ad probādū 24. q. 1. in summa,
4 & c. audiuimus. ¶ Adci. ¶ Occultus excōicatus potest ex-
cōicare sm̄ Inn. ut no. de sen. excō. si uero. Sed Archi. in c.
audiuimus, tenet contrariū. Si uero Prælati in Prouincia
li consilio congregato dixissent ministro sic. Reuerendo
domine Minister audiuimus, q talē locum facitis de no-
uo ædificari uel suscipi in tali burgo sine licentia Pa. uo-
lumus scire ueritatē. & Minister respōdisset, ego habui li
centiā à Legato. dico q hoc nō sufficit, & talis cōis opin.
quę habuit ortum ex tali excusatione non sufficeret, qa
esset unus error supinus: sed si alias adhuc nō fuit quæsi-
tum & ipse taliter respondebat, & ita colorare, q subditi
probabiliter poterant contentari, & alias iste prælatus
erat homo ualde honestus, & bonę uitæ, & uerisimiliter
debeat credi q omnia faciebat cū maturitate, dico ut di-
xi: q ex quo cōiter habebatur pro prælato integri status,
facta ab eo tenent. In cuius rei testimonium &c. ¶ Thema
& quæstiones elicitę.

SVMMAE.

1 *Onera in partes diuidere bonū est, ut leuius perferantur.*
2 *Exempti non minus, quàm non exempti apostolicæ sedi astricti sunt.*
3 *Ecclesiæ omnes tam exemptæ, quàm non exemptæ tenentur legatis, & nuncijs sedis apostolicæ contribuere.*
4 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*
5 *Clausula derogatoria, etiam si de uerbo ad uerbum, cuius sit effectus.*
6 *Executor commodum suæ executionis prætēdens an possit ut suspectus repelli.*

QVAESTIO CXXXVIII.

Benedictus episcopus seruus seruorum Dei, di-
lecto filio Priori secularis ecclesiæ sanctæ tri-
nitatis de Prigro Perusinæ diœcesis salutem &
apostolicam benedictionem. Ex parte uenera
bilis fratris nostri Francisci episcopi & dilectorum filio
rum clericorum & ciuitatis & diœcesis Perusinę, nuper
fuit nobis conquestum, & conquerendo monstratum,
quod nonnullæ ecclesiasticę personæ exemptæ Cister
cien. Calamitracen. sancti Benedicti, & sancti Augustini,
& aliorum diuersorum ordinum necnō sancti sepulchi
Dominici, & sic Io. Hierosolimitani hospitalium domo-
rum locorum ciuitatis & diœcesis supradictarum pro ec
clesiis monasteriis prioratibus hospitalibus domibus &
locis quæ personę ipsæ in ciuitate & diœcesi supradictis
obtinent in procurationibus, subuentionibus, seu proui-
sionibus legatorum & nunciorum sedis apostolicæ, quos
per pręfatam ciuitatem & diœcesim transire, & interdū
in eis morari etiam contingat secundum qualitatem ne-
gociorum pro quibus mittuntur & exigunt, sæpe contin
git, quod ipsæ cum eidem episcopo & clero contribuere
contradicunt, propter quod dicti episcopus & clerus ag
grauantur nimium easdem procurationes subuentiones
seu prouisiones insolidum persoluendo. Et nihilominus
earundem procurationum, uel prouisionum eisdem le-
gatis uel nunciis exhibitio facienda, non absque impedi
mento negociorum prædictorum nunquam plus debito
1 prorogantur uel retardantur. ¶ † Nos igitur attendentes,
2 q diuisa in partes onera leuius perferuntur, † quod que
non minus exempti, quam non exempti eidem apostoli
cę sedi sunt astricti, discretioni tuę per apostolica scripta
mandamus quatenus easdem personas exemptas ad con-
tribuendum una cum eisdem episcopo & clero uel eccle
siis monasteriis Prioratibus hospitalibus & Domibus,
& locis suis hmōi iuxta facultatem eorum exigentiam
in procurationibus, seu prouisionibus Legatorum & Nū
ciorum prędictorum per censuram ecclesiasticam appel
latione postposita compellere non postponas, quacunq;
exemptione, ordinibus, uel hospitalibus prædictis uel al
teri eorum super hoc ab apostolica sede concessa. quam
quo ad hoc eis suffragari nolumus, aliqualiter; non ob-
stante etiam, si de illa de uerbo ad uerbum specialem &
expressam oporteret in pręsentibus fieri mentionem.
¶ Non ideo compelli potuerunt priuilegiari, ut teneātur
contribuere ad prædicta, nisi de ipsorum loco, uel ordi-
ne expressa mentio in literis apostolicis habeatur, de re-
scriptis c. cum ordinem.

¶ Lapus additio.

¶ Sequuntur quęstiones elicitę ex themate.

¶ In Christi nomine amen. Super præmissis literis plu
rimę dubitationes emergunt. Prima est, An isti exempti
teneātur contribuere pro tempore, q præcessit datam
dictarum literarum, & si teneantur, An possint compelli
per istum executorem. Et an potestas data huic executo-
ri nomine non expresso, sit perpetua donec reuocetur.
¶ Item an exempti possunt dicere istum executorem su-
spectum eo, q commodum huius executionis potest ad
eum pertinere. Item an teneatur ad hoc executor seruare
iuris ordinem puta porrecto libello, an procedere, pro-
ut solent procedere gratiarum executores. Item an per
supradictas literas tollantur priuilegia singularia, quæ
habent aliqui ex prædictis religiosis, ut non teneantur ad
huiusmodi contributionem. ¶ Ad hoc dico, q si istæ exem
ptæ personæ non ostendunt priuilegium uel aliquam iu
stam excusationem, quominus ad prædicta teneantur, so
la exemptio ab ordinarii potestate non excusat. Nam
3 † omnes ecclesiæ exemptæ, & non exemptæ tenentur
procurare Legatos & Nuncios apostolicæ sedis, de pre-
scrip. accedentes, & de censib. cum instātia. Nec ob. quod
dr̄ in c. cum instantia, ibi si sit exempta. quia debet intelli
gi exempta non ab ordinaria potestate, sed a præstandis
procurationibus, & sic no. Io. ibi & Paulus eodē titulo in
cle. Ergo secundum hoc; non obstante exemptione tene-
tur soluere pręterita præsentia & futura. Supradictę er-

go literæ credo, ꝙ non tribuunt aliquid noui clero, sed
dant ibi executoré, qui compellit exemptos ad id, ad qđ
alias de iure communi tenentur, quia dicti exempti non
poterant conueniri coram episcopo, tum quia exempti,
excef.prælá.c.tãta in gl.quæ ſignatur ſuper uerbis poſt interdicti uiolationẽ. ¶Cũ ergo tũc demũ fratres prædicti ſm decre.ſuper cathedrã. ad quartã ſiue canonicã portionẽ perſoluendã Rectoribus eccleſiarũ parochialiũ teneantur cũ per electionẽ ſepulturæ legitimè factã in eorũ eccleſiis, ſiue locis ſepeliũtur corpora parochianorum, quæ de iure ſi non elegiſſent ſepeliri apud eos, forent in ipſis parochialibus eccleſiis tumulãda.& ut prædicta decret.dicit & ſupradicti doc.Inno.& Roſ. & Guil. & Ioã. Mo.notãt ꝙ hoc fiat in recompenſationẽ iniuriæ,quę parochialib.eccleſiis fit.quia in eis hmôi corporanõ tumulant,ne Rectores eorũ debitis & neceſſariis beneficijs defraudẽtur.& prædicti parochiani nõ potuerũt eligere ſepulturã nec ſepeliri de iure in eccleſiis dictorũ fratrũ neque ſacerdotũ parochialiũ nec aliquibus aliis ut dictum eſt. & nõ parat præiudiciũ factũ ꝙ de iure nullũ ſortitur effectũ.ut x̃ de iure patrona.c.quod autẽ & c.illud in tex. & gl.extra de reg.iur.c.nõ põt.& de exceſ.prælá.c.ne caprãde.lib.6.& not.de cle.c.auditis in glo.ult.nec relicta & oblata pro mortuo a fratribus iuſtè recepta p electionẽ ſepulturæ,& ſepulturã quæ nullius ſunt momẽti quomodo libet poſſint defalcari.ar.ff.de le.1.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus alienus.& l.ſi ſeruo ſub condi.ff.de ſtatu.lib.& ff.de cõdi.& de.l.hæc cõditio.& 26.diſt. deinde in fi.& in caſu prædicto ceſſat cauſa ſupraſcripta quartæ dãdæ parochiali ſacerdoti.ſ.in recõpenſationẽ iniuriæ quę ſibi fit,quia is qui i ſua deberet ſepeliri eccleſia in alia eligit ſepeliri.qa ut dictũ eſt,nec in ſua nec in alia eccleſia poteſt quomodolibet ſepeliri . & per cõſequẽs nullius eſſet effectus ut dictum eſt.Cõcluditur ꝙ de prędictis relictis & oblationibus fratres prædicti quartã aliquã dare ſacerdotibus parochialibus nõ tenẽtur.Et ſi dicatur ꝙ fratres prædicti de facto ſepeliãt tales perſonas,quas ſepelire nõ licet & pro funeralibus multa recipiũt,Reſpõdetur ꝙ ſi non eſſet,quod abſit,ipſi pro tanto exceſſu tenerentur ſatis facere illis quorũ uiolant interdictum ut in d.c.eos qui.de ſepul. lib. 6. Et ꝙ in hoc caſu non daretur quarta aliqua ſacerdoti parochiali,quia tunc ſolũ quarta ſiue canonica portio danda eſt curato quando in caſu conceſſo quis alienum ſepelit parochianum.Quando uero in caſu prohibito,nullo modo eidem competit petitio,uel exactio quartæ ſiue canonicæ portionis extra de ſepultu.c.ex parte.1.in glo.ordi.& c.cum libera. & c. cũ in noſtram.& §.fi.Vnde Inn.in d.c. in noſtra de ſepul. ſic dicit.Si uero is de quo agitur apud hoſpitalarios non de iure ſed de facto ſepultus dicitur de relictis eis nec totũ nec partem redderent parochiali eccleſię,ſed corpus tãtum & oblationes omnes , quę occaſione ſepulturę factæ ſunt ſupra eo.ex parte 1.& non ibi Innoc.In quibus patet ꝙ etiam ſi fratres contra ius ſepeliſſent in ſuis eccleſiis ſiue cimiteriis parochiano nullo interdicto eccleſiaſtico ſubiectũ,de relictis uel aliis oblatis ipſis fratrib.nõ pro ſepultura uel occaſione ſepulturæ ipſi fratres nullam partem ſacerdoti parochiali reddere tenentur. ſed tantũ corpus.& omnes oblationes,quas occaſione ſepulturę receperiſſent.Multomagis dicendum eſt eos non teneri de illicite receptis per ipſos occaſiones funęris de facto prę-ſtiti dare aliquam portionem ſacerdoti parochiali , cui nullo modo perſonam interdictam competit ſepelire,& cui nulla fit iniuria ex tali ſepultura de facto pręſtita, & receptione funeralium illicita,& p conſequens nõ competit actio ad quartam cum male accepta & oblata non ueniant diuidenda.ff.fami.erc.l.cętera. §. & ſi quid cum ſim:Sed potius illi cui facta eſt iniuria pro tali ſepultura & receptione illicita reſtituenda ut dictum eſt.¶Mihi Oldrado de Ponte de Laude . l. profeſſori & Aduocato in Romana curia ad prędictas allegationes uidetur addendum quod ſequitur . uidelicet quantum ad primam qõnem ꝙ uerba illa ſed fratribus ipſis in dicta decre. ſuper cathedram poſita.debent intelligi complexiuè non de legato alicui ſingulari fratri relicto.ut ff.de reb.dub.l.ciuilibus & l. cum ſenatus. Item quia relictum eccleſiæ in q̃ quis eligit ſepulturam uidetur in dubio pp ſepulturã relictam.ut ff.de excu.tu. l. neſennius. & l.ſeq.& ideo cum ad ſepulturam recipere ſit actus nulli ſingulari conueniens,ſed collegio relictum ſingulari perſonæ propter attinentiam ſingularem affectionem,uel receptum beneficium,non ſubiicitur legi & canonicę portionis.ar.expſſum eodem titu.l.tutor petitus.§.1.de caſtren.pe.l.ſi forte & l.caſtrenſe.& C.de impo.lucr.deſcrip.l.1.in 1.& s.reſponſo li.x. ¶Nec ob.illa uerba de quibuſcunque relictis diſtinctè uel diſtinctè ad quoſcunque certos & determinatos uſus &c. quia hæc uerba res legatas reſpiciunt, & modos legandi non perſonas legatariorum ampliant. ſed eos iuri communi dimittunt ut hic eſt caſus.ff.de ali. & cib.leg.a filios.§.fi.Item non obſt.ꝙ relictum ſingulari perſonæ quæritur conuentui. non enim perſona ratione Conuentus qui ſingula repreſentat. ff. de fideiuſ.l.mortuo.eſt cauſa canonicæ portionis,ſed cauſa eſt ſepultura. Si enim perſona ideſt conuentus eſſet cauſa deductionis puta quia ſtatutum eſſet quod ultra certum modum capere non poſſet.ſequeretur.ut ff.de bon.liber.l.quęritur. & de legatis primo l.ſi mihi & tibi.§.regula.ſed ubi capacitas eius cui quæritur non eſt in cauſa.ſed aliud ut in ꝓpoſito argumentum acquiſitionis ceſſat. ut ff. de leg.2. l. debitor.§.ult.¶Ad ſolutionem autem ultimæ quæſtiones optimè facit.ff.pro ſocio.l.cum duobus.§.ult.l.in prin. & l.ſeq.Et propter ſuperius allegata cum prędictis additionibus dictis & determinationibus quæſtionum conſentio,& eas ueras credo. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum conſuetum duxi præſentibus apponendum.

¶Mihi Petro de Ferro de Piperno legum profeſſori & Auditori domini Hoſtien.uidetur dicendum,& dico hoc primitus proteſtato ꝙ nec prædictam decretalem interprætari intendo,ceſſante omni dolo & fraude,uera eſſe, & iuri cõſona,&æquitati amica,quę ſuperius dicta ſunt, & in teſtimonium ſigillum meum conſuetum præſentib, feci appoſui.

¶Mihi Raynerio Abbati de Podin Boniti canonici iuris profeſſori ac auditori domini Hoſti. uidetur hoc primitus proteſtato ꝙ nec dicta decretalẽ interpretari intendo,ceſſante omni dolo,& fraude uera eſſe & iuri cõſona & æquitati amica , quę ſuperius dicta ſunt & in teſtimonium ſigillum meum feci appendi.

¶Mihi Bernardo de Monteſio decretorum doctori. & Auditori domini Vitalis tituli ſancti Martini in montib. presyteri cardinalis idem uĩ eſſe dicendum,& idem dico quod ſupradicti doctores dicunt. & prout in dictis quæſtionibus eſt concluſum.In cuius rei teſtimonium hic manu mea ſcripſi & ſigillum meum pręſentibus feceri apponi.

¶Mihi Pacifico de Plano meleti iuris utriuſq; doct.in Romana curia Aduocato, idẽ uidetur eſſe de iure dicendum. Et idem dico ꝙ ſupradicti docto.& prout in dictis quæſtionibus eſt concluſum. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum feci opponi conſuetum.

¶Quod quidem conſilium ad petitionem & requiſitionẽ religioſi & honeſti uiri fratris Andreæ de Amelia ordinis Minorum per Robertum quondam Petri dicti hyrane de acerbata imperiali auctoritate notarium tranſcribi & publicari & per Ioannem Pauli Ioannis de Spoleto noſtrum , necnon curię & camerę notarium infraſcriptos ſub ſigillo proprio ſubſcribi mandamus uolentes & decernentes ꝙ huic tranſumpto ſicut ipſi originali conſilio ſupraſcripto tam in iudicio quam extra adhibeatur de cętero bona fides. ¶Quibus omnibus & ſingulis

niam noſtraq; curiæ cameræ ꝑdictæ auctoritatem inter
ponimus ordinariam pariter & decretum. In quorũ om-
nium teſtimonium pñs tranſcriptum per ſigillum ꝓpriũ
dictę curiæ cameræ quo utimur mandauimus & fecimus
communiri. Actum Auenione in palatio apoſtolico ubi
Auditores ſacri palatii audiunt cauſas. Præſentibus magi
ſtris Nicolao magiſtri compagni de monticulo, Ioanne
Benedicti de urbe, & Vannino gentile de Offida notariis
dictæ curiæ camerę teſtibus ad prędicta. ¶Anno natiuita
tis domini. M.cccxviij. Indictione. 11. die. 7. mẽſis Martij
pontificatus domini Io. Papę. 22. anno. 12.

Ego Robertus filius quondam Petri dicti liyrane im-
periali auctoritate notarius prædicti conſiliũ tenorẽ ꝓut
in primo originali conſilio inueni uidi, & legi. Ita hic fi
deliter nil addens uel minuens, quod ſenſum mutet, uel
uariet intellectum, de mandato & auctotitate dicti dom.
uice Auditoris tranſcripſi & publicaui. & quia facta dili-
genti collatione cum Ioanne Paul. Ioannis notario infra
ſcripto de pñti tranſcripto ad originale conſilium ſupra
dictum concordare inueni. In præmiſſorum teſtimonium
me ſubſcripſi & ſigillum meum appoſui conſuetũ. ¶Ego
Ioannes Pauli Ioannis de Spoleto imperiali auctoritate
curiæ cameræ & do. uice Auditoris prędictorũ notarius
uiſioni, inſpectioni, mandato, auctoritatis & decreti inter
poſitioni prædictis una cum Roberto filio quondam Pe-
tri notario, & teſtibus ſupraſcriptis præſens fui. Et quia
facta diligenti collatione cum dicto Roberto quondam
Petri notario de pñti tranſcripto ad originale conſilium
ſupradictum concordare inueni de mandato & auctori-
tate domini uice auditoris me ſubſcripſi. & ſignum meũ
appoſui conſuetum.

SVMMAE.

1 *Laici an poſſit præſcribere contra præsbyterum quod de-
beat in feſto purificationis eis dare candelas benedictas
de cera noua.*
2 *Conſuetudo per quam infertur grauamẽ eccleſiis quod mi
nus attendi debeat.*
3 *Conſuetudo per quam excitantur laici ad deuotionem ec-
cleſiarum, & diuini cultus quod ſui natura fauorabilis
ſit.*
4 *Laici poſſunt præſcribere ius patronatus.*

QVAESTIO CLV.

1 QVæſtio †An laici poſſint præſcribere quòd in feſto
purificationis presbyter debeat eis dare cande
las bñdictas de cera noua. Reſponſio Federici ad
epiſcopum Cortonen. ¶Reuerende pater: ad cõ
ſuetudo de qua fit mentio in literis ueſtris ſeu ueſtri Vica
rii ſit laudabilis, necnẽ, poſito ꝙ de ea conſtaret merito
2 dubitare poſſet †quia per eam uidetur grauamen eccleſiis
induci ut de conſuetudi. cap. 1. & uidetur eccleſia ſubmit
ti laicis quod eſt prohibitum. de re. ec. non alien. c. 2. l. Cõ
peſcenda quidem ſunt iura laicorum, & reſtringenda cũ
ſint eccleſiis & clericis iniurioſa. de reb. ecc. non alie. c.
ult. & de immu. ec. clericos laicos. li. 6.
Et qa ſoli patroni uidentur eſſe priuilegiati. ut cenſus, ſer
uitus, uel tributum, eis ab eccleſia reddatur. ut de iure pa.
3 c. præterea. ¶In contrarium uidetur† ꝙ talis conſuetudo
eſt modicum præiudicialis. & per eam inuitantur & ani
mantur feruẽtius laici. ad deuotionem eccleſiarum & di-
uini cultus, & iura eccleſiæ fauorabiliter proſequendum.
ergo tanquam fauorabilis amplectanda eſt & amplian-
da de conſuetu. cum olim de conſt. c. pen. de teſtamentis
c. ultim. de priuilegiis in his. ¶Prima facie credo ꝙ talis
conſuetudo ſit præſcriptibilis ſpacio xl. annorum cum ti
tulo, uel ſpatio tanti temporis cuius initij non ſit memo-
ria ſine titulo. iuxta illud quod no. Arc. & Io. An. in no-
4 uella. de elec. c. generali. lib. 6. Nã uideo † ꝙ parochiani
poſſunt præſcribere iuſpatronatus. quod plus eſt. ut not.
Io. An. de reg. iur. quod alieni. lib. 6. Non obſtante eo ꝙ
nota. de electio. ſacroſancta, Et ſi maior pars eccleſiarũ
hoc ſeruat. uidetur quòd pauciores ſeruare teneantur. ut
de offi. archi. c. ſi.

¶Reſponſio ad pulchrum dubium.

SVMMAE.

1 *Beneficium reſignatum ex cauſa permutationis an re ue
ra uacare dicatur.*
2 *Beneficium habens à plebano ſi ex cauſa permutationis
faciendæ renunciat, & non poſſit ſequi permutatio ad
quem ſpectet inſtitutio.*
3 *Recepti in canonicos ſub expectatione præbendarum an
poſſint tale ius permutare.*

QVAESTIO CLVI.

PVnctus talis eſt. Petrus Rector eccleſiæ in manibus
ſui Epiſcopi reſignauit eccleſiam ex cauſa permu
tationis faciodæ cum Titio Rectore alterius ec-
cleſiæ. qua reſignatione recepta, ille Titius non
uult reſignare, uel moritur ante reſignationem, uel a-
lia de cauſa permutatio non poteſt fieri. Quæritur an d.
Petrus poſſit ſua auctoritate, ſine noua collatione ad ſu
am eccleſiam redire, & uidetur quòd ſic de præben. ſi be
neficia. li. 6. C. de rerum permu. l. rebus cũ ſimilibus. ¶Di-
1 cendum eſt ꝙ non. Nam †beneficium reſignatum ex cau-
ſa ꝑmutationis expreſſa uel tacita, reuera uacat. unde de
iuris uigore expectans auctoritate apoſtolica poſſet il-
lud acceptare niſi ꝑ ius nouum eſſet prouiſum de rerum
permutatione. c. uno. li. 6. & quãuis ſit reſignatum ex cau
ſa permutationis, liberè. tamen dicitur reſignatum ut ibi
& ideo olim ſi epiſcopus cõferebat alii ualebat collatio
de præben. inter cęteras. & idem hic in glo. 2. quę glo. in
fin. ponit caſum noſtrũ. Nam ibi Papa utrique ſuum bene
ficium reſtituit. ergo ſequitur quod antequam perficia-
tur permutatio uacabat beneficium ex hac cauſa renun-
ciatum. & pro tanto litera nouiſſima. ca. unici. de rerum
permu. aſſerit bñficia ipſa uacare antequam ſequatur per
mutatio. & dicit ꝙ non poſſunt conferri aliis quãuis ua
cẽt. antequam ſequatur permutatio. ſed neceſſe eſt ipſis
renunciantibus ex dicta cauſa cõferri. Si ergo uterque re
nunciauit utriq; fiet collatio & compelletur ex debito,
uelit nolit ſuperior, nec eſt certum tempus datũ ſuperio
ri, ad conferendum. Et hoc ibi no. Paulus in ult. gl. Hinc
eſt ꝙ habẽs priuilegium de percipiendis fructibus benefi
ciorum uacantium, poteſt petere fructus beneficiorum
uacantium ex cauſa permutationis. ut no. Ioan. An. de re
ſcri. ſi propter in glo. quæ incipit. morte. lib. 6. & pro hoc
facit ad literam quod not. de rerum permu. cum uniuer-
ſorum in glo. pe. in fi. ¶Alia iura ciuilia non obſtant ad
quæ patet reſponſio. per id quod no. de ele. cum inter. R.
in gl. magna quæ incipit. ſed nonne. ¶Non ob. c. ſi benefi-
cia. quia ibi non reſignauit. ſed de facto dimiſit, quæ di-
miſſio non hẽt uim renunciationis. quia ex futuro euen-
tu apparet ibi eum non fuiſſe uerè translatum, & ſic non
habet locum de pręb. de multa. & 21. q. 2. Si quis iam trã
ſlatus. do. Lellus de Eugubio impugnans premiſſa ſic
dicit. Salua pace ſcribentis uidetur dicendum contra-
rium. quia permutatio initiũ efficax non capit ex mutuo
conſenſu uolentum permutare ſed ex traditione. Addi.
prima. ¶Rei de pręb. inter cętera. de rerum. permut.
cum olim & c. ſe. Nam antequam habeam tuam pręben-
dam. & tu meam non eſt completa permutatio. licet ali-
ter in emptione & uenditione, quę habent initium effi-
cax

cax ex ipso consensu.ff eo.l.1.§.item emptio. Si ergo so la ademdtio rei permutationem perficit clarum est quo ad ueritatem rei,q antea nil quod sit ibi uacās reperitur cum totum sit in pendenti.nec etiam re adempta cum iā sit possessa.& sic non reperitur aliquod instans uel momentum. Addi.2. ¶Quo istę præbendæ uacauerint. Et bene.ergo sequitur si non uacauerint sui auctoritate, retinebit ecclesiam,uel præbendam. quia iuris fictioné nō uidetur uacario sed potius continuatio prioris iuris ar.optimum de tempo.or.literas.& ff.de præca.sed si ma nente.Et hoc maxime ponderat consultor qui subtilissimus est.quia talis permutatio potius ex facto Superioris quam ex facto partium consequitur efficaciam. ¶Add. iij. ¶Vnde non personalis sed realis potius est cėsenda de transa.ueniens.ubi auctoritas Superioris facit reale q alias esset personale. Circuitus etiam uitandi sunt.de rescrip.auditor in cle.& per allegationes factas in contrarium esset uerbis & non rebus legem imponere contra id &c. Et istę fuerunt considerationes nouorum iurium.de rerum permu.c.uno lib.6.& eo.ti.c.uno in clem. Nec p allagat per partem aduersam eit responsum. ad.c. si beneficia.quia plus est facto renunciare beneficio, quam simplici uerbo ut legi.& not.de appel.ut nostrum. Ad di.4. ¶Et ob certam causam postmodum non secutam Addit.5.

¶Iura sunt ad idem uulgaria.& ita ex futuro euētu apparet ex renunciatione facti.sicut in uerbali.Et econuer so infrascripta dubia simul cum præcedentibus fuerunt transmissa do.Io.An.per Fede. ante publicationem nouellæ super 6.¶Reuerende pater ex dubio præm isso,& s quentib.potestis nobilitare & famosū reddere. c.unicū. de re.permu.li. 6. Et placeat uobis tractare & soluere in frāscripta dubia.

¶Multa ex his dubiis tanguntur & soluūtur.de rerum permu.c.uno.in nouella.lib.6.¶Primum in dubio præce denti.si prælati uel Canonici cōsenserunt permutationi faciēdæ,nunquid eorum consensus debeat requiri in no ua callotione.si uera est opinio mea.quod non posit re dire ad beneficium fine noua institutione. ¶Addi.6. ¶Et quid si iste potuit præuidere causam propter quam

b non pōt sequi permutatio imputabitur sibi.Lap. ¶ † Et quid si habens beneficium à Plebano, renunciat ex causa permutationis faciendæ.& permutatio non potest sequi ut dictum est.an debet institui per epm.an per Plebanum epo compellente.posito q sit uera illa opinio q sine noua institutione non posit redire ad illud.

¶ † Et nunquid recepti in canonicos sub expectatione p bendarum posint permutare istud ius ad rem adinuicē, & an auctoritate ordinarij uel executoris. & si fieri pōt duret potestas executorum.¶Lapus,non possunt per mutare.& si possent deberent hoc facere auctoritate ordinarij.nec duret ulterius executorum potestas. Lapus. ¶Et nunquid habens unum beneficium.posit permutare cum pluribus.Et nūquid Comendatarij posint adinuicē permutare & an habentes beneficia ad placitum posint permutare.Lap. ¶Poterunt cum onere beneficiorum. ut sic habeant illo modo permutare nolētes facit cle.de supp.neg.præla.quia regulares.& quod ibi no.per Ioā. And.Lap.¶Item quando collatio beneficiorum spectat ad inferiores Prælatos & uolunt illa beneficia permutare.Quæritur an renuntiatio fieri debeat in manibus episcopi cōsentiente collatore. an uero in manu collatoris auctorizante diœcesano.Lap.¶In manibus diœcesani.q tum facit de consensu collatoris.Lap. ¶Sequuntur apostillæ secundum numerum.¶Vt primo super uerbum tra ditione.In tuo nec ex traditione rei,nisi fiat auctoritate superioris.eo.tit.quauto. Sed non sequitur permutatio non est completa.ergo beneficium non uacat,quod tamē uacare probant iura supra proxime inducta. alias si non uacaret sequeretur quod beneficium non uacans hinciā de posset conferri.quod est falsum.de conceff.præben.c. 1.Fede.¶ Sequitur uel momentum. si hoc est uerū quid ergo operatur illa renunciatio.¶Præterea si renunciatio facta in manu non sui iudicis ualet quo ad renunciantē. de renun.quod in dubiis,quantomagis facta in manu sui prælati.licet ex causa permutationis.Fed. ¶Sequitur. cō sequitur.fateor.sed ego quæro.an beneficium uacet ante quam istam efficaciam consequatur.& si uerum est qd uacet quomodo posset sua auctoritate ad illud redire.& in eo administrare.Federicus.¶Sequitur ut nostrum. fateor quod plus uel tantum ualet renunciatio,quæ sit ipso facto,sicut uerbo ut patet de his quæ fi.a maio. parte ca.ex ore.& de ui.& hone.cleri.c.ul.¶Sed in c.si beneficia non renunciauit uerbo,q patet ibi,nec facto,cū non fuerit uerè translatus.& si ex finali euentu apparet & do claratur quod non uacauit primum beneficiū.Non enim habuit animum dimittēdi beneficium primum nisi quia credebat posse assequi secūdum effectualiter.secus si sciē ter recepisset.ut eo.titu.eum qui. lib.6. Fede. ¶Sequitur non secutam fateor q causa non est secuta propter quā permutatio fiebat.& ideo beneficiū debet sibi reddi uel restitui.Sed certum est q ille,qui rem tradidit ob causā licet causa nō sequatur dominium perdit. & ideo condi ctio sibi competit sed condictio regulariter non compe tit domino.ut ff.quemadmodum ususr.amit.l.ultim.Desit ergo iste esse dominus p renunciationem factam ob causam.ergo cum beneficium uacet necesse eit quod ex noua collatione acquirat sibi dominium.Fed.¶ Sequitur institutione.Debet requiri sicut nunquam habuisset fieri Lap.¶ An debet institui per episcopum.

Addi.Non Lap.

¶An per Plebanum episcopo compellente &c.

¶Add.Sic Lap.

¶Consultores inquisitionis ad sapientes suos Sen.

SVMMAE.

1 *Inquisitores hæreticæ prauitatis an possint vsurarios cōpellere ad restitutionem faciendam.*

2 *Verbum constiterit licet aliquando ad sententiam, regulariter tamen ad solas probationes referri.*

3 *Sententia lata in vno foro, quod fidem faciat & in alio foro inter easdem personas notorij iuris est.*

4 *Inquisitores hæreticæ prauitatis an possint iudicialiter de materia usurarum cognoscere.*

5 *Inquisitores hæreticæ prauitatis an possint inquirere, utrum ab eo moniti pænitentiam peregerint.*

6 *Inconfessum quod nulla sint partes Iudicis in cognoscēdo.*

QVAESTIO CLVII.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. dilectis filiis inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam in pœni tentiam pro hæresi ab ipsius pestis inquisitoribus:ut usuras restituant ad q obligauerunt in iudicio se

1 & sua in quo queritur.Vtrum inquisitores ipsi, uel qui succedāt in locum ipsorum ad respondendum coram se conquerentib.de huiusmodi usuris ad restitutionem earum si de ipsis constiterit posint compellere taliter pœnitentes prout ab eis in allis ybi iniunctis pœnitētiis fieri consueuit. ¶Ad quod respondemus quęstionem super usuris motam cōtra tales iudicialiter non debere audiri ab inquisitoribus heresis.nec decidi uolentes q per causas huiusmodi offendiculum negocio fidei preparetur. Eos tamen ad restitutionem usurarum de quibus constiterit compellere poterunt,quibus in satisfactionem pro dicto

dicto crimine huiusmodi restitutionem in pœnitentia i-
iunxerunt. Bonifacius in 6. de quæstionib. prædictis usu
rarum motis etiã cõtra illos qbus restitutionẽ usurarum
in pœnitentiam pro hæresis crimine iniunxerunt.at si se
& sua ad hoc faciendum in iudicio obligauerunt intro-
mittere se non possunt ne per causas huiusmodi offendi-
culum negocio fidei præparetur.

¶Supra dictis constitutionibus quærit inquisitor,si ta-
les quæstiones ad se delatas ab his,qui usuras sibi restitui
postulant teneatur audire, uel de iure possit cogere reos
ad restituendum.maximè si negant uel non concordant
petentibus necnè.

¶Itẽ quomodo intelligi debet illud ultimæ partis cõ
stitutionis Alexandri.uidelicet de qbus cõstiterit &c.sci
licet quomodo illi iquisitori debeat constare & in cuius
iudicio.præsertim cum Bonifacius prædictus hanc parti
culam ubmiserit. Si qua autem alia iura sciretis loquen
tia expresse de prædictis.Inquisitor non inuenit libenter
sciret ea.

¶Consilium do.Neri Paliaren.legum doctoris.

¶Videtur mihi Neriopaliarẽsi ꝙ domino Inquisitori
nõ liceat nec possit se intromittere super causa usurarũ
in pœnitentiam iniunctarum non exigendarum uel resti
tuendarum. Et in hoc puncto derogatur constitutioni
Alexandri ꝑ Bonifacium Et in hoc uerum esse concipio
ex uirtute illius orationis adiectę in constitutione Boni
facii cum constitutio dicit intromittere se nõ debẽt &c.
cuius canonis prohibitionẽ reputnvsquequaq; & genera
liter intelligendã. Et maximè ꝑꝑ rationẽ prohibitionis
nè offendiculum in negocio fidei præbeatur. ¶Ad illud
ergo quod quæritur ex uerbis constitutionis Alexandri
in nouissima parte suæ constitutionis.dum dicit si consti
terit &c.¶Dico dicta uerba esse intelligẽda.ubi constite-
rit de usuris.sine ullo strepitu & figura iudicii per confes
sionem puta ipsius puniti,nel per liberos eius de quib. q-
stio non referatur coram dicto inquisitore. Vel ubi cõsti
terit ex sentẽtia lata ab ordinario loci quæ nullo possit
remedio at temptari.

¶Consilium do. Griffoli de monte Polliciano.Datum in
scriptura manus suæ.

¶Videtur mihi ex uerbis & mente constitutionis Ale
xandri quòd si quæstio usurarũ moueretur corã inquisi
tore contra eum cui ꝑ Inquisitorem quòd restitueret usu
ra in præsentia foret iniunctũ,quòd negãte cõuẽto Inqui
sitor non põt ulterius cognoscere: quoniam huiusmodi
cognitio esset iudicialis.& in figura iudicii quod est ꝓhi
bitũ.¶Si uero peteretur coram quòd huiusmodi damna
tus compelleretur ad restitutionem usurarum.In quibus
constat per sñiam iã latã contra huiusmodi criminosum
super restitutione usurarum. de quibus cõstaret per con-
fessionẽ damnati.Vt pote qui sponte confitetur se teneri
ad restitutionem usurarum.Nam tunc poterit Inquisitor
talẽ compellere alias non. & hoc ex uerbis constitutio-
nis Alexandri.Et constitutione tamẽ Bonifacij puto Ale
xandrum in hoc correctum.& hoc propter illa uerba in-
tromittere &c. quæ omnem intromissionem excludunt
& generalia sunt.

¶Consilium do.Conradi.

¶Domino Inquisitori. Conradus salutem æternam. In-
proposito casu ueritatis est quæstiones de quibus quæri
tur ad nostrum officium minime pertinere. Cũ super eo
sit nobis adẽpta facultas per constitutionẽ Bonifacij quę
cassat quod allegat:licet non ut iudicialiter fieret conce
debat.inuerbũ aũt constiterit de quo quæritur licet inter
dum ad sñiã referatur regulariter tamẽ dẽt ad solas pro-
bationes referri.ut probatur extra de accusa.c.si constite
rit.ff.de iure fis.l.qui eius delatorem.ibi oportet prius cõ
stare de crimine & pronunciari &c.extra de cleric.pere-
gri.c.inter & c.tuæ.§.si re.ibi si cõstiterit.ff.de præua.l.ꝑ-
uaricationis ibi nisi prius de ꝑuaricatione cõstiterit & ꝓ
nũciatum fuerit &c. & communia utriusq; iudi.l.maiori
bus.ibi quod inæqualiter factum esse constiterit reforma
bit & de pigno.l.in summa.

¶Consilium do. Federici Petrucij inscriptis manus suæ.

Super præmissis diligenti consideratione præhabita,
Sciendum est ꝙ dominus Archidiaconus Bonon.in lectu
ra sua super 6. libro. glossans illum. §. de quæstionib.ſm
dominum Berẽgarium unum de compilatoribus sexti li
bri sic scribitur. hic fuit aliquid immutatum de mandato
Papæ Bonifacii. nam per antea poterant compellere ta-
les ad restituendas usuras de quibus constabat.tamen iu
dicialiter cognoscere non ualebãt.pœnitentia.n.sine sa-
tisfactione,seu restitutione usurarum non esset fructifera
de pœni.& remis.ꝙ quidam.& ideo eis pęnitentiam talẽ
imponunt inquisitores.nã hoc pertinet ad iudicium ani-
mæ non iurisdictionis.& ideo talẽ executionẽ habẽt face
re Ordinarij non ipsi.ut sequitur Archidia.¶Et pręd ictis
uerbis uidetur elici,quando do.Bonifacius ex certa sciẽ-
tia fecit amoueri uerba posita per dominũ Alex.& sic ui-
detur ſm præmissa quod inquisitores de talibus quęstio
nibus non ualeant cognoscere,nec diffinire,nec illos de
quibus constat ad responsionem compellere. ꝙ compul
sio & executio ad ordinarium pertineat. ¶Sed contra ui-
detur.nam si inquisitor non posset compellere pœniten-
tiarum ad faciendum pœnitentiam sibi iniunctam, fru-
stratoria & delusoria erit talis impositio pœnitentię si-
bi iniunctam. sicut alias dicimus ꝙ iurisdictio sine co-
herctione esse delusoria.de offic.delega.ex literis cum si.
¶Præterea dominus Papa Bonifacius in c. ulti.de hære.
in fi. reseruauit ordinationes & ad consultas responsio-
nes Romanorum pontificum edictas contra hæreticam
prauitatem nõ contrarias constitutionibus. lib.6. sed do
minus Bonifacius & dominus Alex.non sunt sibi contra
rij.nã licet dominus Alex. prohibuerit iudicialẽ indagi
nem inquisitoribus. Non tamen prohibuit.compulsionẽ
& executionem contra illos, qui iudicialiter cõuicti sũt
coram ordinariis suis uel alias constat ut dicitur in fine.
Et sic sententia lata,quæ in rem iudi.trãsiuit.& nullo iu-
ris remedio potest infringi fidem faciat coram inquisito
re.& illo modo dicatur cõstare inquisitori & notorium
est in iure ꝙ sentẽtia lata in uno foro fidem faciat in alio
foro inter easdem personas.ut de excep.c.i.lib.6.Si uel-
lemus tenere primam partem possumus respondere ad
obiecta hoc modo uidelicet,quod licet inquisitor nõ pos
sit cognoscere de usuris.nec diffinire nec directè compel
lere illos de quibus alias constat.Ad consti.tamen indire
ctè potest compellere,uidelicet quod puniat illum de pę
nitentia non impleta & ea pœna ualet sub qua tempore
impositionis pœnitentiarum præcepit pœnitentias fieri
& adimpleri. Non ergo tenendo istam opinionem pote-
rit inquisitor dicere pęnitentiario restitue præcisè usuras
& eum resistentẽ compellere.Sed dicet quia per nos pœ
nitentiam tibi impositam non fecisti ut nobis constat,sol
ue tantum.Et hoc uult Archi.dum dicit. Et ideo talẽ exe-
cutionem habent facere Ordinarii & non ipsi.Et secun-
dum hoc non sine ministerio Compilator.lib.6.illud uer
bum Alexandri quod dabat inquisitoribus potestatem
compellendi ad restituendum.amouit. ¶Et si dicas quo
modo dicitur constare inquisitori ꝙ usuras non restitue-
rit. Ad hoc ut possit imponere pœnã pro pœnitentia nõ
facta.¶Solutio per instrumentum sententiæ latæ per ordi
narium, quæ nullo potest remedio attemptari. Item per
confessionem inexcusabilem factam coram inquisitore
per ipsum pœnitentiarium dicentem se non restituisse

usuras

usuras.quas restituere debuerit secundum mandatum in
quisitores.Ad hoc de coha.cleri.& mulie.c.ulti.de uerb.
signi.super quibusdam.¶ Lap. ad prædicta ultimo dicta
faciunt no.per Inno. & Io.And.de iureiur.ad nostram.2.
ubi dicit quod licet possit inquiri ex officio contra usura
rium ad finem ut pœnitentiam agat. non tamen ad finem
directè ut usuras restituat sed cogitur per indirectū. quia
non poterat pœnitere nisi restituat.

¶Consilium domini Abbatis de Podio bonici.

¶Visis quæ supra scribuntur, & quæruntur uidetur mihi
Raynerio abbati,posse responderi de iure quo ad primū.
2 An † possint iudicialiter Inquisitores cognoscere,ꝙ non
possunt.Nam in hoc Alexander & Bonifacius cōcordāt.
& sic amplius non insisto circa istud. ¶ Sed an eos possit
cogere ad restituendum usuras. de quibus eis constiterit.
¶Videtur dicēdum quod sic. Nam hoc habet expresse cō
stitutio Alexandri.& constitutio Bonifacij expresse non
prohibet.Sed subtiliter intellecta potius cōcordabit. Nā
ubi dicit intromittere:se nō possunt scilicet ut cognscāt
iudicialiter de quæstionibus motis &c.Sed bene poterūt
cogere si eis constiterit quærentes ex suo officio.ut infra
dicam. & promptum est uitare iurium correctionem &
concordare scripturas secundum gl.Arch.& domini Io.
mon.Nec istud possunt inquisitores.s.eos cogere &c. Nā
Archi.recitat in gl.sua ꝙ illa particula.s.cogere de man-
dato domini Bonifacij fuit remota. & allegat dominum
Beri.qui fuit unus ex Compilatoribus prædictæ Consti-
tutionis Bonifacij.& ipse ibidem Archi.sic sentire uidet
dicens ꝙ nō ipsi inquisitores facient executionem illius
pœnitentię iniunctæ,sed ordinarii.Nam impositio pœnitē
tiæ est de foro animæ.sed cogere est de foro iurisdictio-
nis.quæ in hoc casu non ad Inquisitores, sed ad ordina-
rios pertinet. ¶Et idem sentire uidetur dominus Io.Mo.
qui dicit & hoc est dignum cæptum per Inquisitorē &c.
non est per ipsum prosequendum. sed per alium ut singu
lariter sua seruetur iurisdictio &c.do.Io.And. in nouella
recitat dictum Archidia.& Io. Mo. potius approbans.q̄
reprobans. Sed salua reuerentia tantorum patrum, quo
rum sententiæ pro reuerentia non audeo contradicere.
Videretur tamen posse ꝓbabiliter dici ꝙ inquisitores co
gere eos possunt ut supra dictum est. Et litera illa potest
intelligi ut non cognoscant nec se intromittant de quæ
stionibus usurarum motis &c. per alios: quia tūc esset or
do iuris necessarius & strepitus & anfractus inter ipsas
partes.& tunc ratio & causa quæ redditur in decre. locū
haberet.scilicet ut non præparetur offendiculum &c. Sed
bene poterit inquisitor suo motu cum eidem constiterit
non iudicialiter.nec altero mouente quæstionem sed ꝑ
informationes probabiles & probationes ex officio suo
receptas eundem cogere.nam & executor cui nulla iuris
dictio competit cognoscendi,tamen inde se informat &
ꝓbationes recipit ut supersedeat uel exequatur. Ad hoc
de rescrip.cum contingat,& hoc sequitur ꝙ ille qui cœ
pit,perficiet,& utraq; constitutio saluabitur.Et hoc si da
retur audacia credere iuri amicum. sed posito ꝙ sit uerū
ꝙ inquisitores nec cognoscere nec cogere possint.Tamē
3 dico sine aliqua hæsitatione † ꝙ inquisitores possunt quæ
rere & uidere an illæ pœnitentiam sibi iniunctam perge
rit.ut cognoscat.an uerè uel fictè reuersus fuit & ambu-
let in tenebris uel in luce.Nam si eam perfecit ex hoc est
ut uerè catholicus pertractandus.Si autem non perfece-
rit,ut iniunctū fuit.nisi rationabiliter excusetur. ut hære
ticus condemnetur. & h.d. text.decre.literas.de præsūp.
ubi fugiens de carcere,qui sibi cum rediit fuit pro senten
tia iniunctus nisi legitimam excusationem habeat uelut
hæreticus condemnabitur. Nam præsumitur ficta cōuer-
sio,& confessio simulata, & materia ueteris erroris recō
dita.de pœni.dist.2.c.1.& in decre. accusatus.de hære. li.
6.circa principium.§.ille quoque.& hoc no.Arch.prout
no.in decre.& commissum co.ti.li.6.in gl.iste carcer.Igi
tur breuiter credo de iure ꝙ sicut inquisitor imponit pro
pœnitentia,ut usuras restituat,sic posset ex suo officio.cū
eidem cōstiterit non iudicialiter,ne inter partes cogno-
scendo quod prohibet utraque constitutio. Sed summa-
riè ut dixi se informando ad restituendum usuras.de qui
bus constiterit illum coget.& si hoc non iure procedit si
cut ꝑdicti doctores uidentur sentire.tamen absolute cre
do uerum esse de iure:immo quærere poterit an pergerit
pœnitentiam sibi iniunctam. Et circa hoc probationes
recipere.& omnia posse & ei licere sine quibus expedire
non potest.Et in hac materia de præsenti mihi aliud non
occurrit.Verbo tamen supplere paratus quæ desunt cir-
ca premissa.

¶Federicus.

¶Fateor quod nō debet cognoscere In partes.sed quid
si pœnitentiarius constitutus coram inquisitore ad peti-
tionem debentium recipere usuras. dicat,domine inqui
sitor imposuistis talem pœnitētiam.Fateor ꝙ nō restitui
& debeo restituere.sed nō potestis cogere. Credo quod
partis petitionem potest cogere.† quia in confessum nul-
4 læ sunt partes in cognoscendo.Fed.Lap.¶Quod non pos
sit facit quod no.Ioan.An.in nouella post Ioannem Mo.
in d.c.accusatus.§.de quæstionibus super uer.in præsen-
tia.ubi dicit quòd talem executionem.s. cogere usurariū
ad restitutionem usurarum non inquisitores, sed ordina
rij facere debent pro do.Federico facit de ap.c. solicitu
dinem.uer.si uero notorium. & quòd ibi no. Host.& Io.
An.post eum super glo.sed nunquid.Lapus.

S V M M AE.

1 *Mens & intentio principaliter est in rescriptis attenden*
da:siue principaliter siue æquiualente.

QVAESTIO CLVIII.

Reuerende pater Constitutio Bonifacii, quæ prohi
bet commissionem fieri extra ciuitatem litigan-
tium.nisi quando actor ciuitatem intrare non au
det, uel potentiam aduersarii merito perhorre-
scit. nō requirit quòd in literis ponatur illa clausula uel
forma uerborum.s. quod infra ipsas eum nequeunt con
uenire,securè,dicit quòd tunc demum potest fieri impe
tratio extra ipsas,quando propter aduersarii potentiam
1 non potest eum conuenire securè. Et ideo † quæcunque
uerba ponantur in rescripto æquiualentia uel idem im-
portantia sufficit dummodo ista sit mens uerborum,
ꝙ aduersarium suum non potest securè ad iudicium tra-
hære.Quid.n.si dicat si sine periculo mortis.nō audet tra
here uel conuenire, & instantiam seu iustitiam habere:
certè idē:ut li.nō cont.accedēs.2. Quid si dico ꝙ promo
uendus ad dignitatē est omnino illuminatus uel est cæ-
cus? & non ponatur uerbum manifestum uel euidēs. idē
est.ut no.Archi.in c.si forte.& Io.And.de uerbo.sig.ca.2.
in fi.magnæ glo.lib.6.Tales.n.subtilitates maxime in fo
ro nostro non sunt curandæ ex quo de mente constat de
iudi.dilecti cum similibus. ¶In proposito impetrans di-
xit quòd potētiā aduersarii merito ꝑhorrescēs non pote
rat inuenire iustitiæ cumplementum dato quod nō expri
mat uerbum securè. intelligitur propter pręcedētia.Nec
ē necesse quod exprimat.Sed sufficit quod ex narratis si
uera essent hoc sequatur.quod non pōt liberè uel securè
aduersariū trahere,cōuenire uel de eo habere iustitiam.
Et attendite quòd in decre. cū locū & e.requisiuit.de spo.
ubi tractantur de rumore nō ponitur uerbum securè.sed
alia ponuntur quæ hic indicant.¶ Quid plus Archi.qui
nouit stilum istarum literarum dicit quod sufficiunt ista
uerba.Cum autem sicut asserit potentiam aduersarij mē-
tio

tio perhorrescat mandamus &c. Et sic non est necesse q̃d
2 ponantur illa uerba. Ita quod possit eum securè &c. †Et
sic non est necesse quod qui unum dicit omnia dicat. quæ
sequuntur ex illo de constit. nam concupiscentiam. & de
offi. deleg. cum super eum si. & hoc habeo pro indubita-
to quantum ad me. saluo semper iudicio uestro. ¶Ad Im
3 dico & sic constat mihi tanquam ex notorio † ꝙ Rector
Ducatus est ordinarius siue tanquam Archiepiscopus, si-
ue tanquam legatus missus. & quod habet officialem pu-
plicè, & communiter sedentem & cognoscentem inter
laycos de spiritualibus. & inter clericos. de quibuscũque.
Si cẽsemus eum habere iurisdictionem Archiepiscopalẽ
potest ex negligentia Prælatorum cognoscere de causis
subditorum. ut no. de offic. ordi. pastoralis. primo respon
so. & c. irrefragabilis. in fi. magnæ glo. & de supplen. neg.
præla. c. 1. lib. 6. Licet ibi Archidi. contra. ¶Sed pro pri-
ma parte uidetur text. de censi. romana. §. notoria. lib. 6.
4 †Si uerò censetur legatus missus potest audire per simpli
cem querelam de tota prouincia, quia etiam Legatus na
tus hoc potest de offi. deleg. cap. 1. Igitur ex quo uideo &
scio quod sic se gerit sic facit sic habetur & reputatur &
forum habet magnũ in spiritualibus, certe talẽ debeo re-
putare ut de sen. excom. si iudex. mel ius. ff. ad macedo. l.
1. & in l. barbarius. ff. de offi. prætο. ¶Gl. Iuno. in ca. cum
in iure non uidetur multum facere. quia loquitur quãdo
sententia transiuit in rem iudicatam. quod non est i casu
nostro cum pendeat per appellationem. ¶Sed dices quo
modo tibi consultori extraneo sunt ista notoria. quæ nũ
quam uidisti. ¶Et ego respondeo quomodo ista sunt no-
toria mihi. ꝙ est ciuitas Hierusalem quam nunquam uidi
uel ciuitas Castellana in qua nunquam fui. & super hac
uidete Hostien. de purga. cano. ca. penul. in uerbo popu-
los. est quasi ad finem. c. ¶Item Hosti. in ca. p significasti.
de foro compe. super uerbo clerici. tãtum intelligit quo
ad sacramenta ecclesiæ. per c. quod allegas. ¶Item iste Vi
carius Ducis non est totaliter extraneus. sed superior. Itẽ
ut dixi ex prima figura seu facie apparet Ordinarius in
tota Prouincia quo ad causas. Item dixit dominus An-
dreas de Eugubio, qui fuit. xviij. mensibus officialis, quòd
præmissa uera sunt.

¶Qua ergo fronte nos maxime domine Episcope posse-
5 tis hac de causa contra pronunciare † cum iurisdictio or
dinaria sit fauorabilis. & pro ea & gestis ab illo præsuma
tur. ut no. de offi. deleg. cum i iure. ¶Omnibus his & alijs
consideratis uidetur mihi quòd non debeatur nec possi-
tis hac de causa sententiã impugnare. saluo semper quod
uobis uidetur.

¶Responsio legistæ ad consultationem Federici.

S V M M AE.

1 *Sententia debet esse petitioni conformis.*
2 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione uali-
dum est in iure.*
3 *Iudex an possit sententiam ferre pro parte petitionis.*

Q V AE S T I O CLIX.

SEmpronius habet medietatem pro diuiso in
fundo possesso à Titio. Ipse Sempronius uendi
cat mediatem totius fundi pro indiuiso à Ti-
tio. In processu uero ipse probat ꝙ medietas
dicti fundi pro diuiso ad eum pertinet. nunc quæritur an
Titius sit absoluendus in totum. an sit condemnandus ad
restitutionem medietatis pro diuiso de qua constat, licet
medietas pro diuiso petita fuerit. An uero ad restituen-
dum medietatem pro medietate. de qua constat iudici.
¶Et uidetur ꝙ Titius in totum sit absoluendus quinque
1 rationibus. Prima sic; lege cauetur ꝙ † Iudex debet con-
formare sententiam petitioni. & secũdũ quod per actorẽ
expressum est in libello; sic iudicare debet. & nõ ultra. ut.
ff. cõmuni diui. l. ut fundus. fam. erc. l. itẽ labeo. §. j. de ex.
rei iudica. l. si ex testamento. Sed hic ſm libellum nil est
probatũ ſm terminos quæstionis. ergo Iudex non potest
Titium condemnare ad restitutionem medietatis pro in
diuiso. quia de ea nihil probatum est. absoluet Iudex reũ
lege hoc dictãte. actore non probante, reus & si nihil pręs
titerit absoluetur. C. de edendo. l. qui accusare. de proba.
actor. de rei uendi. l. si. cum multis similibus.
2 ¶†Secunda ratio sic per argumentũ à sufficienti partium
enumeratione; quod ualidum est in iure nostro. ut. ff. de
his qui sunt sui uel alieni iuris l. patre furioso. in princ. &
de act. & oblig. l. obligationum ferè §. placet. inst. de act.
§. actionum autem quædam. Modo sic arguo. Iudex non
potest pronũciare de alia re; uel aliquo facto, nisi de his,
quæ petita & probata sunt principaliter. ut. ff. de iudi. de
qua re in princip. iuncta l. ut fundus communi diui. nisi al
tero de duobus casibus. uel ut de aliquo incidenti. uel ut
de aliquo emergenti. ut. C. de or. iudi. l. j. & ij. de ord. cog.
l. ij. & de iudic. quoties. & no. in d. l. de qua re. Sed proba
tio facta de parte diuisa non uenit ullo de prædictis trib.
modis. uidelicet nec ut principale, nec ut incidẽs, nec ut
3 emergens. ut probabo, ergò † Iudex nullo modo cõdem-
nàbit Titium ad restitutionem diuisæ partis; sed absoluet
eum. nam ut de principali non sententiabit. quia nec fuit
in libello comprehensa. nec super ea lis cõtestata. ut no.
in gl. dictæ l. de qua re. nec incidenti. quia incidens causa
est, quæ uerè nata fuit ante lit. contest. ¶Et etiam per mo-
dum exceptionis opponi debet ante litem contest. ut no.
in gl. prædictæ l. de qua re, ut est pacti & iurisiurandi ex-
ceptio. Et ista talis quæstio incidens debet opponi ꝑ reũ.
Et eam oppositam ut actor probare debet. ut. ff. de pro-
ba. l. in exceptione. Sed in casu quęstionis nostræ nõ fuit
proposita ante litis contestationem nec post petitio par-
tis diuisę, nec per reum, sed per actorẽ factũ ꝓbatum, &
nõ positũ. ut patet ꝑ terminos quęstionis. ergo Iudex nõ
iudicabit de ea parte probata. licet cõstet sibi tanquàm de
non pertinenti. sed reum absoluet. tanq̃ si nihil probatũ
esset ab actore eodem modo. Nec de emergenti, quia per
eum poni & probari debet. ut. ff. de lib. agno. l. si quis a li
beris. §. si uel parens. & de pręuaric. l. iij. in fi. primi respõ
si. Sequitur ergo quod Iudex absoluet reum non obstante
probatione partis diuisę facta. quia est omnino impertι-
nens. ¶Tertia ratione; & sic lege cauetur quod fundo di-
uiso in partes, amplius illę partes non sunt fũndi partes
imò fundi integri, & separati unus ab alio, cum sola de-
stinatione, uel diuisione patrisfa. uel dominorum fundũ,
totus ab alio separatus, terminis, & regionibus, dicitur
unusquisque eorum totus fundus, non partes fundi diui-
si. ut. ff. de leg. j. l. quod in rerum. §. pen. & l. planè. §. fin. &
communia prędio l. si quis duas. §. si quis partem. & not.
ff. de rei uendi. l. Pomponius in gl.
¶Modo sic arguo. ille qui petit partem fundi pro indiui
so, non petit aliquid determinatè, cum in unoquoque ce
spite fundi habeat partem. ille qui habebat partem fundi
pro indiuiso. ut ff. si cer. pet. l. nam & si fur in fin. de leg. 2.
cum pater. j. rñ. pro so. l. si Titius. in gl. ubi facit differen-
tiam inter pecunias & alias species. Ille atem qui petit
partem fundi pro diuiso petit fundum unum totum inte-
grum, & determinatum, & sic omnimodò diuisè. ¶Et pri
mo petiuit iam ostẽsum est. Vnde in proposito. Ille q̃ pe-
tit fundi partẽ pro indiuiso probauit ad se pertinere par
tẽ fundi diuisam. omninò aliud probauit quam posuit.
¶Modo lege cauetur. ꝙ si aliquis aliquid petit errando ꝙ
petere non credebat. Iudex absoluit eum ab illa instan-
tia iudicij. & audiet postea actorem, errorẽ suum corrigẽ
tẽ & petẽtẽ quod debet. quo probato condẽnabit reum:
ut Instituta de actionibus. §. si quis aliquid pro alio. Sic ſ
propo-

proposita quęstione. cum iste actor aliud omnino posuerit.& aliud probauerit errore aliquo , dico iudicem debere ab ista instantia reum absoluere,& actorem in eo , qd uere prætendit audire in alia instantia iudicij. Nec ob. ꝙ posset dici,quod actor probando partem diuisam,saltem probat partem partis indiuisæ . & sic deberet iudex condemnare reum saltem ad restitutionem partis. Non est uerum , quod in parte partis indiuisæ reus habeat partē, & sic deinceps usque ad unum palmum terræ fundi secūdum quod iam ostensum est. Vnde & in casu quæstionis nostræ posuit in libello partem indiuisam.posuit consequenter reum habere partem in omni palmo terræ fundi . Quando postea probauit partem diuisam probauit se habere unum fundum totum integrum, in quo per quandam consequentiam tacitam probat reum nullam habere partem & omnino aliud posuit, & aliud probauit , & nihil de posito in libello probauit quare iudex absoluet reum &c . ¶Præterea & qua rata ratione.& sic si quæratur quæ est ratio quare iudex non potest sententiare,nisi secundum ea , quæ posita sunt in d.l.ut fundus.cum simi. dicēdum est ꝙ reus debet certificari per petitionem actoris , ut sciat utrum cedere uel cōtendere debet : ut ff. de æden.l.j.2.responso.& C.de æden. l. edita. unde si iudex posset sententiare præterea quæ posita sunt iam reus in illis ignoraret utrum esset cedendum.& ideo est a iure ꝓhibitum ꝙ non possit pronunciare.nisi secundum petita. Sed in proposita qōne reus non fuit certificatus per libellum de parte diuisa,& sic ignorabat,an credere uel cōtendere deberet super parte diuisa . Sed tantum contendendum putauit in parte indiuisa . quare iudex &c. cum ubi est eadem ratio,idem ius ibi statuendum est:ut l.illud. ff. ad l. Aquil. ¶Non facit contra prædictas rationes ff. de rei uēdi.l.pompo.immo pro,sm rōnes eiusdem.l. & eius intellectum . nam lex illa tantū facit drām in petitione, qualiter debeat peti pars pro indiuiso, cū duo posideant fundum pro indiuiso, quorum unus est dñs,& alter non. & qñ duo posident pro diuiso simili mō.ut in primo casu agat,& petat tacitā ptē ꝓ indiuiso ab eo,q non est dñs ab eo,q est dñs nihil. & est rō quia si peteret quadrātē ab eo qui est dñs frustraret ſ petitione sua. quia quadrātis medietas esset reus a quo petitur.& medietas medietatis quadrantis,& sic deinceps . & rei uēdicatio datur nō contra dñm.ut ff.de rei uē.l.in rē actiō.·uñ oportet ꝙ petat ab eo q non est dñs. & damnato eo ad restōnem partis fundi ꝓ indiuiso habebit actor partem fundi pro indiuiso . & sic nō frustrabitur petitione sua.¶In scđo casu qñ posideret pro diuiso ab unoquoq; petit quadrantē &c. Rō quia in omni parte pro diuiso habeo partē meam & alter dñs similiter. Vnde habeo ego medietatē medietatis quē posidet dominus. & est rō quia ego petitor possem decipi eo forte ꝙ dominus diuidēdo tenuit sibi uel eligit meliorē ptem.unde si ego peterem tātū ptem eius qui nō esset dominus forte deciperet ꝙ lex euitat ar.l.meminerit. C.unde ui.& sic probat.l.pōpo.Istæ pđictæ rōnes faciūt drīam inter petitionem faciēdam de pte diuisa,& de pte indiuisa. & sic de eis facienda est diuersa indagatio per iudicē. ut iā ostensum est.ergo cum sit alia petitio & alia sñia de parte diuisa,& de parte diuisa & diuersa ut pal.l.Pōpo.ꝓbat ergo qui ponit in libello partē idiuisam. & postea ꝓbat partē diuisam oino aliud posuit,& aliud ꝓbauit. qua re iudex &c.¶Itē nō ob.l.si qs cū.ff.de excu.rei tu.quia ibi fuit totū petitū & a toto absolutus reus.& q est a toto absolutus & a parte absolutus est.Et sic ibi nil aliud est ꝓbatū q̄ propositū.& iō nihil ad qōnē nostrā.unde saluo meliori cōsilio tenerē in pđicta qōne reū omnino esse absoluēdū ab ista instantia iudicij,reseruata sibi ptāte petendi in alia instantia iudicij partē fundi pro diuiso.i.totū fundum diuisum ab alio qui ante diuisionem fuerit uditum .

¶Federicus scripsit Senis parum post doctoratum .

SVMMAE.

1 *Reus non tenetur nec cogitur suas defensiones proponere nisi prius constet de iure actor .*

2 *Instrumentum ante li. conte. productum an in actu principali aliquid operetur .*

3 *Probationes si quæ fiant ad certum & determinatum finem & effectum. quod suum non operentur effectum ad alium finem consequendum .*

QVAESTIO CLVI.

2 duobus casibus ut ibi patet. † Præterea Monasterium dicitur filius ciuilis, & pro tanto impropriẽ ut l. si ita quis. §. is cui. in tempus liberorum ff. de lega. 2. & ideo non possumus dicere quod uerba legis municipalis quæ sunt stricti iuris, quæ loquuntur de pœna applicãda hæredi possint iustificari in Monasterio quod Monasterium appellatione filii & consequenter hæredis contineatur. quia ista sunt uera largo modo sumendo nomen Monasterium & hære. ar. preal. l. si ita quis. §. is cui. & l. cum pater. §. hæreditatem ff. de lega. 2. & de uer. obli. l. ex ea parte. §. in insulam. & de iur. fi. l. statius florius. §. Cornelio. cum si. Quare putarem sicut supra dicebam, quòd pœna de qua quæritur ueniat filio naturali & legitimo applicanda ar. præ
3 al. §. profecto. de. l. cor. colla. 10. ¶ † Præterea illud, quòd quæritur ex delicto commisso, non continetur appellatione excessus. unde dicit. l. quod si filius non habet necesse conferre cum fratribus quod ex iniuria illata sibi consecutus fuerit, & tamen omnia quęsita habet conferre. & ratio est. Dicit. n. l. pecunia illa, quam quis consequitur ex iniuria sibi illata non censetur pœna. sed pretium uindictę satis hr. ff. de iniur. l. itẽ apud labeonem. §. cum seruo. & no. C. de iniur. l. dominũ. & est casus. ff. de colla. bo. l. cũ emancipati. §. emancipatus. & ibi no. quare &c.

¶Consilium Federici ad nouum dubium.

SVMMAE.

1 *Vsu & habitatione prohibitis prohibetur omne id, per quod peruenitur ad illud.*

QVAESTIO CLXXV.

VIso instrumento donationis factę olim per do. Tibaldum publicato per Rainaldum notarium sub anno do. Mcccxij. die mensis Maij. de quibusdam suis rebus palatio & casamentis Monasterio sanctæ Mariæ montis lucidi. in qua donatione fuit onus iniunctum de construendo locũ & ecclesia ibidem, in quo deberent morari. 12. fratres minores &c. Hoc apposito quod habeatur pro non adiecto quicquid in ea continetur quod nõ posset fieri de iure, uel facto uel quod esset cõtra canonicas sanctiones, super donatione in dubium reuocatur, an tale onus de construendo dictũ locum habeatur pro non adiecto. ita quòd donatio remaneat pura & libera ipsi monasterio. ¶Videtur mihi Federico de Senis minimo decretorum doctori saluo consilio saniori, quod tale onus habeatur pro non adiecto, quia contra iura est, quòd aliquis locus fiat pro habitatione fratrum minorum, & pœna imponitur ipsum recipientibus ut patet de exce. p. la. c. uno libr. 6. & de pœnis. c. ult. in cle. Si dicatur quod cõstructio loci nõ est cõtra iura ergo construere debent.
1 Respondetur quod † prohibito usu & habitatione fratrum, prohibetur omne id, per quod peruenitur ad illud, ff. spon. oratio. Non ob. si dicatur quod fratres posśũt illũ locũ accipere de lnia Papæ, qa impetratio talis lnię est ut plurimũ difficilis, & p hoc hr p impossibile. ff. de le. j. l. apud Iulia

nũ.in fi.& tþs præsens ĩ talibus uidetur attẽdẽdũ.ff.de sti pu.ser.l.si usufructuario.& de uer.obli.l.inter stipulantẽ. uer.itẽ eũ locũ. ¶Et non ob.si dicatur ꝙ pium & laudabi le est þstulari tþs in quo habeatur licẽtia a Papa.ar.de re iudi.abbate in priu.lib.6.ut sic adiectio oneris sit in pẽdẽ ti ut alibi.ff.ad mace.l.j.§.si pẽdeat cum si.Nã licet sit lau dabilis interpretatio,quia tñ nimium difficilis est,hr̃ pro non adiecto ut l.apud Celsum.§.si in arbitrum.ff.de doli excep. ¶Non obstat si dicatur ꝙ si ille locus ad usum deputatum construi non potest,saltem extimatio ad alium pium usum conuertatur ar.ff.de leg.iij.l. fideicommisso. §.si seruo.& de admi.re.ad ci.pert.l. legatum & de usufr. le.legatum.& de testa.c.iij.Nam ibi à principio legatum non fuit inutile. sed hic ab ipso principio onus habitum fuit pro non adiecto,& hoc tam dispositione iuris quam uerbis & mente donatoris , & ideo posito quod inde ad aliquod tempus obtineatur licentia ꝙ fratres possint ibi habitare & stare,onus illud iam remissum non rediret.ut ff.de solu.l. qui res.§.aream.& C.de remis. pig.l. cum ex causa. maximè cum resuscitatio oneris esset in præiudicium iuris iam acquisiti monasterio . Ad hoc de rescrip. cap.quamuis.libr.6. Sed prædicta.l. legatum uidetur obstare. nam ibi à principio non tenuit siue non potuit ille redditus in usum reputatum à testõre conuerti & tamen cõuertitur in aliũ usum licitũ , ut q̃tum fieri potest seruetur uolũtas testatoris. Sic in casu proposito uideret debere fieri uidelicet ex quo fratres minores nõ possunt ibi locum accipere.& acceptatum habitare,quòd illa expensa uel redditus deputetur uel assignetur ad aliquem usum similẽ & propinquum usui designato à donatore. puta qđ in monasterio ipso, uel in loco fratrum minorũ fieret aliqua capella & deputarẽtur aliqui fratres, q pro anima dicti donatoris diuina officia & missarum solẽnia celebrarẽt.¶Ad hoc respõdeo ꝙ cõmẽdãdi esset Abbatissa & Cõuẽtus illius Monasterij si hoc facerẽt,sed ad hoc non tenẽtur.ut dictum est.Nec ob.d.l.legatum.quia ibi testator non adiecit clausulam in testõ ;quã adiecit iste in donatione.s.quod habetur pro non adiecto.

¶Consultatio Federici.

S V M M AE.

1 *Crimen adulterij non notorij non priuat ipso iure mulierem iuribus quæ habet cum marito,nisi demum lata sententia super crimine.*

QVAESTIO CLXXVI.

DOmino Conrado Fede.de Senis . Rogo uns aliqd rescribere super infrascripto dubio . Martinus propter adulterium uxoris non tamen notorium expulit eam de domo . Sic expulsa stetit per annum. & quia aliunde non poterat ali, mutuo pecuniam quęsiuit ut se alcret.mulier prouocans mariũ ad iudiciũ petit alimẽta præterita & futura sibi decerni.ma
1 ritus excipit de adulterio. Replicatur†quod crimẽ adulterij non notorij nõ priuat ipso iure mulierẽ alimẽtis & alijs iuribus quæ habet cum marito nisi demum snia lata sup crimine.Ad hoc ff.de do.l.post cõtractum cũ sua materia.¶Ad illud aũt ꝙ cõiter dicitur ꝙ mulieri agenti obstat exceptio adulterij,est uerũ ut exceptione pbata repellatur à futuris alimẽtis,sed à petitione alimẽtorum,quæ fiũt pẽdẽte lite, & q̃ facta sunt ante litẽ inchoatã nõ dẽt repelli.Iura & cõcordantiæ de hoc sunt.ff.de ino ffi.test. si instituta.& p illa iura idẽ dicit Host.dum matrimoniũ accusatur.de alimentis, quæ fiunt pẽdẽte lite extra de accu.c.ex parte.& si uerũ est ꝙ pendente lite debeat alimentari non uideo quare alimenta præterita non possit petere, ex quo adulterium non est declaratum p sententiam, nec alias erat notorium.

¶Responsio domini Conradi.

¶Respõdeo per c.significasti. cum ibi no. extra de diuor. & per l.libertis.§.j.ff.de ali.& ciba.lega.

S V M M AE.

1 *Clausula generalis, & omnia similia adiecta in mandato post uerbum transigendi,& componendi cuius sit effectus.*

2 *Gratuita remissio an comprehendatur sub nomine compositionis.*

3 *In spiritualibus quod non possit admitti modus , pactio, uel conditio.*

4 *Transactio quæ titulũ exigit cessionem includere cẽsetur*

QVAESTIO CLXXVII.

QVidam habet ptãtem transigendi;& componendi cũ debitore in mille libris,trancgendo nõ põt ĩ de cõsequi nisi quingẽtas libras.cedendo & uẽdendo nomẽ alteri , põt consequi.dc.uel dcc .libras.Quæritur nũquid possit alteri cedere,cũ in procura
1 torio post uerbũ trãsigẽdi,& cõponẽdi, non sit†clausula generalis & omnia similia:qa tunc posset p expressionẽ
2 casuũ specialiũ.¶†Item quæritur nunqd p uerba componendi possit comprehendi gratuita remissio , & uidetur ꝙ sic.nã ĩ spũalibus potest interuenire compositio ut extra de transac.super eo.sed hoc non põt esse nisi sit gratui
3 ta†quia in spũalibus non potest admitti modus pactio, uel conditio.¶In contrarium uidetur quia remissio & donatio æquipollent.ff.de calum.l.qui etiam.Sed ut scitis habens etiam generalem & liberam non potest donare. quæritur quid iuris.

¶Responsio domini Griffoli.

¶Super primo puncto non puto pcuratorem de quo quæritur ptãtem huiõi mandati alteri iura cedere posse. qa licet possit ex ui mandati transigere non tamen cedere pos
4 set†cum cessio includatur in transactione,quæ titulũ exigit ut l.ulti.& pe.C.man.

¶Super secundo puncto puto non posse gratuitum pactum facere cum huiusmodi pactum sit donatio ut ff.de pac. l. contra iuris.§.si filiusfa.& de transa.l.j.respon.ij.q.Non ob. uerbũ componẽdi quia intelligeretur pro eodem poni uerbum transigendi, & componendi.ualet componẽde, trãsigẽdo transactionem pacto roborando. &c. non autem quòd gratis remittere possit , quia tunc non esset cõpositio sed liberatio, quæ a tali procuratore fieri non potest.ut ff.de pact.l.nam & si necesse.

¶Consulatio Federici.

S V M M AE.

1 *Verbum translatio quid importet,& hæc oratio.*

2 *Translatores qui dicantur.*

3 *Iste transiuit per ciuitatem,qualiter intelligatur.*

4 *Dictio trans,diuersimodè considerari potest.*

QVAESTIO CLXXVIII.

1 SCribatis mihi†quid plus importat translato quam eo,& transfero , quam fero , & transmigro , quam migro . Hoc iam quæro quia uertitur in dubio qũo intelligatur hæc oratio . Iste trãsiuit per Ciuitatem uel comitatum Senen.¶Dicebam quod ille dicitur transire Ciuitatem uel comitatum qui de uno extremo Ciuitatis,uel comitatus ad aliud extremum transiuit.Vnde dicitur uulgariter , quòd si Senen . uadit Florentiam quo transisti.respondeo per Podium boniti.Alii dicunt quòd non uidetur uerum , quia ille qui est in comitatu exire dicatur .

¶Ego credo propriè, quòd iste dicatur exire & non trãsire.

¶Hugutio dicit quòd omnia composita à trans resoluuntur in ultra,ut transfero idest ultra fero.de quo dicit trãs

ferre

2 ferre de uno loco ad aliũ ferret Vnde translatores dicuntur, qui de una lingua uerba transferunt in aliam. unde uidetur uelle. quod omnia composita a trans resoluuntur in ultra. ¶Habemus tamen † quod trans ualet quan-
3 tum iuxta, post, & trans montem id est post montem, quã doq; notat ultra. ut trans hoĩnem. i. ultra hoĩnem, & tunc resoluitur in supra, unde uersus. trás iuxta supra post atq; uocabit, & ultra.

¶Consultatio do. Meneati decr. doc. ad Fede.

S V M M AE.

1 *Emphiteosis an possit sine prælati consensu concedi, cum talis concessio sit species alienationis.*

QVAESTIO CLXXIX.

Quidam prælatus cum suo Capitulo concessit aliqua in emphyteosim consueta tamen alias dari in certum hæredem sine consensu epi. & tamẽ de consuetudine loci est, quòd in huiusmodi contractibus non requiratur consensus epi. & posit emphyteoticarius ecclesiæ primitus requisita, & nolente, omne ius suum uendere alteri, cui tamen uenditioni consensis plarus sine capitulo qa nullus de capitulo erat in sacris. ¶Quæritur de primo contractu si ualeat. & si aliquid operatur nouus consensus capituli.

Responsio Federici.

2 ¶Si de nouo deberet fieri cõcessio in emphytoesim cum sit species alienationis nõ eſt dubium; q superioris auctoritas debet interuenire. & ideo in c. ad noſtram. de reb. ec. non alie. non ualuit cõtractus, quia non interuenit auctoritas epi. Ad hoc facit q no. Io. eo. tit. c. 1. in gl. innuit in cle. & in Spe. de locato. §. nunc aliqua in ult. col. ubi ponit sur forma concessionis in emphyteosim. Sed dubium est si res cõsueta emphyteoticari possit aliis locari sub eisdẽ pactis uel melioribus sine licentia superioris, cum hic in nullo fiat ecclesiæ conditio deterior. Videtur q sic. Nam si rem reuersam ad ecclesiam propter canonem non solutum prælatus sine auctoritate epi potest concedere emphyteotæ iterum uel eum non expellere. ut no. de locat. potuit in gl. pe. Eodem modo si rediuit ad ecclesiam. quia finitus est contractus. quia eadem est ratio pro ista parte de feu. c. 2. & q not. Inno. de re. ec. non alie. ut sup. Quod dictũ Inn. Pau. generaliter intelligendo se ad feudum ut ipse no. de re. ec. non alie. c. 1. in uerbo ultra medium. Sed posito q talis reconcessio non ualeat quæritur an ualeat consensus epi & eius ratificatio sufficiat plato in eadẽ uoluntate manente uel cõsentiente. ¶Hoc credo sine dubio q sic, ar. eius quod legi. & no. de procu. c. antepe. & de pręben. si tibi li. 6. per Inno. de re. ecc. non alie. dudum ultra medium gl. magnæ & idem uer. ibi. Et quamuis Archi. dicat q possit retractari nõ innuit nullam esse. Et facit qđ no. In. An. in c. dudum. in gl. magna post prin. & idem de reg. iu. non firmatur. li. 6. & q no. Pau. de rerum permu. c. uno in uerbo ex causa uer. talis in cle. Federicus.

S V M M AE.

1 *Procuratoribus pluribus constitutis ad recipiendum debita præsentia, & futura an unus poterit sub alio comprocuratore exigere debita post cõstitutionem cõtracta.*

QVAESTIO CLXXX.

Quidam constituit procuratores plures insolidum ad petendum, & exigendum & recipiendum debita præsentia & futura &c. Quæritur utrũ unus posita sub alio comprocuratore exigere debita post constitutionem contracta. uel utrum unus possit alteri sponte soluere, & soluens liberationem consequatur. & dubium quæstionis contingit ex l. qui proprio. §. fi. cũ l. seq. ff. de procu. maximẽ ex opinione gl. ibi positarum, maximè secundum opi. Io. ibi positam qui uidetur dicere, quòd non possit. quod dictus §. fi. intelligitur ẽm i. fi ita. quæ uidetur dicere. nisi habeat speciale mandatum. In cõtrarium quia quilibet uidetur insolidum constitutus. & ita intelligitur ẽm Odof. §. cum l. seq. quando simpliciter sunt constituti. Pro hoc etiam facit quia sic in tutore & curatore. &c. l. 2. C. de admi. tu. Pro hoc etiã facit ratio. d. §. in fi. & d. l. qui duos in fi. Pro hoc etiam facit. l. 1. §. usus. de procu.

¶Federicus de Petrucijs de Senis.

S V M M AE.

1 *Portio canonica an debeatur de bonis defuncti religioni datis prætextu restitutionis debitæ per defunctum*

QVAESTIO CLXXXI.

Verba codicilli sunt ista. Item reliquit, & adiudicauit fra. Ia. & do. Pernæ de tali terra, ordini minorum, uel alteri personæ. quam ipsa uoluerit nominare. c. libras paruorum, quas confessus fuit sibi recommendatas fuisse a do. Perna matre fratris Ia. supradicti. ¶Quæritur utrum de prædicto relicto sit clericis canonica portio persoluenda.

¶Responsio.

¶Christi noie inuocato. Si posset probari q dicta do. Perna deposuerit dictas centum liberas apud dictum codicillã-
1 tẽ. non est dubium; q de ipsis denariis nec eps, nec ecclesia parochialis põt petere canonicam portionem, cũ non sit legatum, sed restitutio rei alienæ. si nõ põt probari habet uim legati. ut ff. de leg. 2. l. lutius. §. quisque. & tunc si ipsa domina quæ codicillum fecit sepulta est apud locũ fratrum minorum ubi erat conuentualis ipse frater Iac. ecclesia paroc. debet habere canonicam, quia uř relictũ Conuentui. ut patet in eo q legi. & no. de sepul. c. 2. ad fi. in glos. per hoc dicit commissio. in cle. Sed episcopus nil debet habere cũ ipsi fratres minores sint exempti ut not. Inno. de testa. officij. & Pe. & Alb. eo. ti. requisisti. quorum dicta approbat ibi Io. And. Si uero dicta domina non est sepulta apud locum fratrum minorum dicti fratris Iaco. tunc nec eps debet habere ut dictum est, nec ecclesia parochialis debet hrẽ canonicam portionem de his quæ testator reliquit ecclesiæ apud quam sepultus non est not. de sepul. c. 1. & eo. ti. c. 2. ad fi. in gl. quæro an in cle. Et ita uidetur mihi Fed. de Senis. decretorum doc. In cuius rei testimonium sigillum meum &c.

Federicus Thema.

S V M M AE.

1 *Statute statuto quod non residens in beneficio suo per duos menses sit eo priuatus. absentans se priuetur.*
2 *Statuto episcopi ligari dicitur qui sub ipso domicilium habet ratione beneficij.*
3 *Beneficium an subditum suum extra diœcesim existentem excommunicare possit.*
4 *Episcopus quod possit procedere contra non residentem ubicunque sit.*

QVAESTIO CLXXXII.

Statuto episcopi perusini cauetur, quod non residens in beneficio suo per duos menses continuos sit eo priuatus ipso iure † Aliquis absen-
1 tauit se a beneficio, quod habet in diœcesi perusina

rusina nec infra duos mēses cōtinuos unquā rediuit ad ip
sum. Qnæritur an uigore dicti statuti dicto suo beneficio
sit priuatus. ¶Responsio nepotis do. episcopi Tudertini
scholaris Perusini. In hoc pūcto dubitabili forte ignorā-
tiæ obūbratione fuscatus nescio intellectū in contrariū
dirigere, sed credo ꝙ sit priuatus & tali statuto ligetur,
quia quamuis iste degat.i.habitet eatra diœcesim nō pōt
negare quin ratione rei suæ beneficiū subsit iurisdictioni
episcopi & sic statuto cōtingēte dictū beneficiū ligat de
so.com.c.ul.ēt si ipse personaliter sit ẍ.diœcesim ut pro-
5 batur.e.ti.c.1.c.contrahentes.li.6. Cū † & alias habēs do
miciliū rōne beneficij subsit Epō Bon.& per consequens
suo statutolegitur de tēpo.ordi.cum nullus e.li.Ad quod
optimè facit quod habetur in reportatis do.Io.An.de im
mu. eccl.c.1 .eo.li.ubi consueuit dicere super uer.ucl res
de ecclesia, uel persona exillente in una diœcesi,quę res
uel prædia habet in alia diœcesi.tenens ꝙ onera quæ im
ponuntur pro rebus uel prædiis tenētur subire in diœce
si in qua consistit res uel prædia. Cum ergo hic statutum
istud afficiat ratione beneficij.idem dicam in proposito.
Bene facit quod no.idem Io.An.in reportatis de sepult.
cum quis super in fi.antep.glo.lib.6.Item Abb.eaemptus
habens membra non eaempta ratione illorum membro
rum tenetur ire ad sinodum Epi, & statuta ibi ædita quā
tum dicta membra contingunt obseruare.ut satis proba-
tur in tea.& glo.de priui.c.1 . lib.6 . Comparando ergo
istum exemptum satis per hoc uidetur decidi hæc quæ-
stio.Item no.Ioan.an extraordinarie in d.c.1.quod mo-
nachus stans in loco exempto proiiciens uel alias uulne
rans aliquem in loco non exempto effectus est utriusque
iurisdictionis & Abbatis & Episcopi loci. Et idem tenet
dominus meus in quæstione quam disputauit de ingre-
diente monasterium monialium eaemptarum in diœcesi
in qua est statutum episcopi ꝙ ingrediens monasterium
monialium sit excommunicatus.dicens ꝙ talis sit eacom
municatus quamuis. n.sm eum delictum, siue ingressus
fuerit in loco eaempto,non potest negari quin saltem in
cipiat in loco non exempto.Siue igitur ista non residen-
tia incipiat a beneficio & terminetur ad beneficium si-
ue econuerso.patet ea prædictis ꝙ ille ligatur statuto.
Maxime quia ista non residentia trahitur ad locum bene
ficij.Nam ubi quis teneatur ad aliquid exequendum, si
non contradicit executioni ibi uidetur facere ubi non fa
cit.ff.de reg.iu.qui non facit no de. usu.c.1.lib.6.Ad qđ
etiam optimè facit quod nō.in cle.ut lit.pe.c.2.in gl.ma
gna.nec curat an ille in diœcesi beneficio sit priuatus a
statuto necne,sicut non uidetur curare decre.2.de const.
lib.6.alias comparando citationem cum statuto sequere
tur quod me existente in studio, quem super residentia
non præuenit citatio episcopi,episcopus nō posset de no
uo citare uel priuare beneficio propter non residentiam
etiam si mille annis abessem.quod esset absurdum. Non
ob. dicta decre.1.de const. li.6.quæ ex sui natura uidetur
intelligenda qn̄ delinquens & etiam res circa quam de-
linquitur sunt extra diœcesim statuentis. & quando etiā
extra eandem diœcesim delictum perpetretur, ꝙ non est
in hoc casu ut patet ex prædictis.

¶Responsio facta per Federicum.

3 ¶Ego non dubito † ꝙ episcopus subditum suum existē
tem extra diœcesim suam excommunicare potest. licet
do.Paulus contra.& potest procedere contra eum, & eū
eacommunicare & priuare. Sed licet eps suo ore possit
eum excommunicare existentem eatra suam diœcesim,
non tamen statutum episcopi ut in c.2.de const.lib.6.de
hoc uide Io.An.de regu.iu. cum sint iura in merc.¶Pona-
mus ergo ꝙ ex causa honesta se absentauit illa causa ces-
sante stetit absens sine causa in diœcesi aliena.modo deli
ctum incæpit in diœcesi aliena & ibi consummatum est.
Licet in isto casu episcopus posset eum citare, excommu-
nicare, & punire,& priuare,tamen lex mortua episcopi
quæ ligat ubi reperit delinquentem nō postet ligare ex
tra diœcesim eaistentem.Vnde ratione einsdem facti epi
scopus potest suo ore in sua diœcesi existens suum subdi
tum eaistentem extra diœcesim suam excommunicare,
& tamen lex mortua episcopi illum eundem ex eodem
facto uel delicto non potest excommunicare, Sic dicam
4 in proposito † ꝙ episcopus potest procedere contra non
residentem ubicunque sit.de cle.non re.ex tue.cum si.sed
lex mortua episcopi pęnam continens non statutum a iu
re cōi nunquam ligat delinquentem extra dyocesim.

¶Responsio do.scholaris.

¶Episcopi possunt suis constitutionibus pęnalibus Ius
commune iuuare pęna etiam in iure non expressa secun-
dum Hoff.de offi.archipres.c.ulti.Quę statuta licet non
afficiant personam delinquētis in se & absolute sumptā
& sic loquitur decre.secunda.de const.li.6.& quę supra
per uos allegantur,afficiunt tamen eam ratione rei quę
est in diœce.delinquentis quatenus illam statutō contin
git maximè ratione delicti ꝙ terminando consumatur,
refertur,& trahitur ad rē constitutam in diœc.statuentis.
ut supra probaui.& sic etiam procedunt quę supradixi.

¶Prima consultatio Federici.

SVMMAE.

1 *Iuramentum de non agendo & non petendo an impe-*
diat litis contestationem.

2 *Exceptio rei iudicatæ, transactæ, uel finitæ quod impe-*
diat litis contestationem.

QVAESTIO CLXXXIII.

DOomine Griffole rogo uos instanter ego Fede.
ꝙ placeat uobis mihi rescribere qd sentitis de
in iudicio obseruatis de infrascrpto dubio, &
placeat uobis dare responsionem in campanel-
lis.& mittam tunc famulum.Dicitur in c.1.de li. cont.li.
1 6.† ꝙ eaceptio rei iudicatę,transactę, uel finitę. impedi
te litis contes.quęro quid intelligatis nomine finitę. an
2 sit uera opi.Inn.ꝙ † iuramentum de non agendo & non
petendo impediat lit.contest.mihi plus placet dictum In
no.in eodem loco positum.ubi dicit ꝙ uerbū finitum nil
addit ad uerbum transactum uel iudicatum. sed multipli
catis idem repetit.

¶Responsio do.Griffoli.

Verba posita in c.1.de lit.contest.lib.6.sumpta sunt ex l.1.§.ulti.ff.ad Tertul.ibi quod ait senatus quę iudicata, transacta, finita ue sunt &c.deinde Vlpianus uerba sena tus exponit dum dicit iudicata scilicet bona fide, ut ua-leat transactio, finita uel consensu silentio longo sopi ta.Ego illa uerba finita,intelligo finita iureiurando dela to a parte parti quando capit speciem transactionis. & est maaimum remedium litium dirimendarum ut l.1.& 2.& ff.de iureiur. non autem intelligo finita silentio id-est prescriptione, qm̄ illam non puto impedire lit.con-te.idem ualet quod impediat pactum de non petēdo iura mēto uallatum,quia solum iurm̄ hoc facit multomagis iuramentum & peccatum ar.C.de trans.l.si quis maior. & ita in istis casibus sic in iurādo & paciscēdo lōge facit a petēdo.Et ita intelligi pn̄t illa uerba.uel lōgo silētio so pita &c.& ita tenerem opi.Inn.in prin.licet glo.quę est. ff.de uer.sig.transacta uideatur tenere ultimam opi.Inn. nam ibi eaponit transacta finita ue.i. transactione finita ut d.l.transacta.no.in gl.pone exemplum in fi.& possunt intelligi illa uerba finita consensu quando renūciatur li ti.ut C.de pac.l.postquam.

Secunda Consultatio.Fed.

SVM-

SVMMAE.

1 *Vsuras liberaliter donans, an liberat usurarium à restitutione.*

2 *Pactum uel iuramentum faciens de non repetendo usuras, an hoc non obstante possit repetere.*

3 *Remissionem usurarum facere, & pactum de non petendis usuris differunt.*

QVAESTIO CLXXXIIII.

SEcundum est tale communiter tenetur per doct. de
1 reg. iuris. non dimittitur peccatum. lib. 6. quod † si
is qui soluit usuras liberaliter donet & remittat
usuras securus est usurarius. ut nec iure poli nec iu
re fori teneatur rem restituere, quia bene potest purgari
uitium furti. re furtiua de uoluntate domini remanente
apud furem. & satisfactum intelligitur creditori &c. Sed
cum ille qui pactum fecit de non petendo in effectu uideatur
donasse & remisisse quia semper obstat sibi excep
2 tio. ¶ † Quæro & dubito quare ille, qui pactum fecit uel
iurauit de non repetendis usuris possit hoc nô obstante
repetere, cum donatio & liberalis remissio ex parte una
& pactum de nô petendo ex alia, sint paria in effectu. &
quòd talis possit repetere, qui fecit pactum de non petendo
uidetur probrae de iureiur. ad nostram. 2. de usuris tua.

¶ Responsio do. Griffoli.

3 ¶ † Super secundo puncto non sunt paria remissionem
usurarum facere, & pactum de non petendis usuris. Nã
qui remittit ius crediti transfert aliquid in debitorem, &
quodammodo à se abdicat actionem sibi competentem,
& pro tanto satisfacere & soluere id est dissoluere obligationem
dicitur: ut ar. ff. de solu. l. solutionis uerbum. &
ff. de uerb. sign. solutionis. Qui uero pascitur, de non petendo
non agit in obligationis substantia, & non dissoluit
obligationem, sed obligat se ad non petendum. uerũ
quia huiusmodi pactum est nudum, non datur ex tali nudo
pacto actio, sed exceptio ut l. iurisgentium. §. sed cum
nulla. ff. de pact. unde qui pascitur non petere usuras. si
remouetur exceptione replicabit de improbo pacto.
quasi non potuerit obligari. unde ope replicationis consequitur
usuras saltem per medium, secundum. c. ad nostram
supra allegatum. sed qui remittit, non poterit etiã
per mediũ illas côsequi quasi pinguius si remittere quã
pacisci licet utroque modo tollatur obligatio naturalis
ut l. stichum. §. naturalis. ff. de soluti.

¶ Responsio alterius doctoris iuris ciuilis.

¶ Ergo credo ꝙ pactum de non petendo usuras postquam
debere incipiunt liberaliter factum à soluente ita
liberet sicut remissio uel donatio quantum ad securitatem
excipiendi si petantur & repetendi si restituantur ꝑ
facti uel iuris errorem, ratio est quia incipiunt esse post
pactum indebite naturaliter, & sola ciuilis obligatio remanet
ut l. stichum. §. naturalis. ff. de solu. & l. si non sortem.
§. indebitum. ff. de condi. indebi. & not. in l. cũ quis.
C. de iur. & fact. igno. secus si tale pactum interponatur
antequam incipiant deberi. quia tunc non ualet ut l. cũ
unas. §. pacta quæ turpem. ff. de pac. ne homines inuitentur
ad delinquendũ. ut l. promittendo. ff. de iur. dot. non
ob. c. ad nostram. Quia ibi testôr retulit se ad factum non
ad ius. sic. n. usuras restitui iussit his, qui eas probarêt soluisse,
ꝙ perpetuo durat etiam post remissionem. non autem
iussit eas restitui his, quibus eas debebat. quia tunc
nil redderetur hæredibus.

Federicus Petrucius de Senis.

SVMMAE

1 *Casus audiri & decidi iura uolunt.*

2 *Honor patris est gloria filij.*

3 *Vicinitas inducit commodum, & incommodum aliquando.*

4 *Episcopi & legati quod non possint tam per se quam per alios in quolibet loco prouinciæ pro tribunali sedere.*

5 *Non decet neque expedit omne, quod licet.*

6 *Vno concessio & omnia connexa, & dependentia, per quæ peruenitur ad illud & sine quo, commode fieri non potest.*

QVAESTIO CLXXXV.

SVper eo quod quæritur quid reuerendus pater & dominus
frater Thebaldus Rector ducatus facere habeat
super processu habito & publicato super articulis
formatis & electis, de cômissione & rescripto
papali, in quo committitur eidẽ domino Rectori ꝙ inquirat
an côstitutio olim ædita ꝑ uenerabilẽ patrẽ dominũ
B. tunc Enbrugdiũ episcopũ &c. ꝗ reuocata fuit per
dom. Ioan. de homelio sit utilior &c. ut in literis apostolicis
per me uisis côtinetur dicto rescripto articulis &
attestationib. testiũ. & aliis tã in facto ꝗ in iure diligẽter
attẽtis. Videt mihi Fede. de Senis minimo decretorũ doctori
ꝙ dominus Rector habeat decernere auctoritate
apostolica præfatam constitutionem domini Ebredimẽsis,
fore perpetuis futuris tẽporibus inuiolabiliter obseruandam.
& quod ipse eam eadem auctoritate factam
de cętero ꝑpetuo obseruari prout in fine dicti rescripti
continetur. Ratio mouens est ista quia testes deponẽtes
pro constitutione domini Ebre. sunt numero plures, &
deponunt apertiora & uerisimiliora rei de qua quæritur
& id quod deponunt. uerisimilis est, & sic frequenter, &
ut plurimum fieri consueuit. ergo & ista pars erit potior
altera. de proba. licet de testi. in nostra & de iure patro.
suggestum. Quod autem sit magis commune, & uerisimile,
quod deponũt isti & magis conformare iuri pater. qa
1 † iura uoluerunt casus audiri, & decidi, ubi potest copia
petitorum haberi de rescrip. statutum. § j. lib. 6. Sed certum
est ꝙ hoc melius potest haberi in curia ducali quam
in curia illius Capitanei deputati in illa Prouinciola.
¶ Item ex persona domini Rectoris & suorum officialiũ
non est dubiũ quòd processus iustitię melius fiet per eos,
quam per illum Capitaneum & suum paruum officialẽ
ex quo subditi & habitantes in illa Prouinciã reputãt se
grauatos. & de hoc scandalizantur. si capitaneus ibi poneretur
hæc sola causa. s. scandali uitãdi debet esse sufficiẽs
pro costitutione domin Ebred. ut not. de no. ope. nun.
c. 2. de præscri. c. 5. de præben. cum teneamur. dicit enim
Inno. Papa officii nostri debitum remediis inuigilat subditorum,
quia dum eorum excutimus onera, dum scandala
remouemus ab ipsis nos in eorum quiete quiescimus
& fouemur in pace de offi. lega. c. 1. lib. 6. & de rest.
spo. frequens. ¶ Et hoc sequitur quod ex bono statu il-
2 lius prouinciæ Romana ecclesia requiescit in pace. † & honor
patris gloria ex filii. Item qui est tranquillitate & bono
statu illius Prouinciæ loca uicina sentiũt commodũ
sicut econuerso sentiret incommodum, quia cortina cor
3 tinam trahit de sacra un. c. uno. in 2. col. 2. † & quia ex uicinitate
sentit quis commodum, debet sentire & incommodum
de priui. super spolia. & de exces. præla. clerici.
4 & ibi concordantie. † & quamuis episcopi & legati possint
per se & alios in quolibet loco prouincię pro tribunali
sedere. ut de offi. ordi. cũ episcopus. lib. 6. & de offic.
5 leg. nouit † non tamen expedit uel decet omne ꝙ licet. ut

de noto mágno. Ceſſatur enim ſæpe a iure pp ſcandalum faciendum ut dictum eſt ſupra. Et ſi · iceret maleficia cõmiſſa ibidem non ſic de facili peruenient ad notitiã ducalis curiæ. Reſpondeo poterunt peruenire quemad. de alijs partibus ducatus magis remotis perueniunt, ad hoc de præſumptionibus quotidã. &c. ſcribam. de poſtu. præla. c. 1. Item poterit Rector aliquos de illa prouincia facere denũciatores maleficiorum & facere eos iurare, quod ſuum officium bene & fideliter exercebunt. ut de teſt. eo. prærerea. & de accu. ficut olim C. de accu. l. eo quidem & de hære. excommunicamus. el 1. & hoc optimè probatur. per c. 1. de of. or. li. 6. ubi reprobantur quidam officiales quos archiepiſcopus per prouinciam conſtituebat. & quid tales officiales faciant audiat lector gl. Hoſt. ibi poſitam & reſumptam per Io. An. In nouella, uidelicet & hoc eſt capitulum contra principes & Præſides prouinciarũ qui in quolibet Caſtro ponunt tales Officiales qui ſunt quæſtuoſi, & oneroſi ſubditis ſuis, & per quandam alluuionem trahunt ad ſe totum, & fruſtratim ficut lupi comedunt agnum. allegat in auth. de defen. ciuita. §. unde ẽt datur nulla exigente licentia. Experiẽtia autem docet ꝙ legati, Archiepiſcopi, Epi, & Marchiones ducatus, & Rectores & patroni ſatis haberent reſiſtere extorſionib. quas fecerũt officiales ſibi & familiares conſeruantes in domo. quid ergo facient officiales quorum dominus longe eſt ab eis? & ſi forſan aliquis benefecerit & iuſtè ſe habuerit, quis eſt ille, & laudabimus eum, pauci quidem reperiẽtur. Et poſito ꝙ reuocatio domini Io. ſit utilior quo ad burſam cameræ prout aliqui teſtes dicere uidẽtur pp compoſitiones. quæ fiebant &c. hoc non eſt conſiderandum. nec papa talem utilitatem cõſiderat. utilitatem quidam conſiderat conſiſtentem in honorem ut patet euidẽter ex fine apoſtolici reſcripti. abſit autem a Romana eccleſia illa utilitas. ut fiat compoſitio de criminibus publicis. & ꝙ puniantur burſæ ubi deberent puniri homines, ut de ui. & hone. cleri. quia crimina non debent ſic trãſire impunita. de ſen. excommu. ut fame. de collu. crimina. & no. eo. tit. c. ij. 9 r. diſt. ſtudendum huiuſmodi compoſitiones per quas infamabatur Romana eccleſia tranſtulerunt regimina Marchiæ Ducatus ad manus italicorum per quorum regimina Deo propitio præfatarum prouinciarum incolæ, protecti ſedent ad incurſibus opprimentium. & ſedẽdo quieſcunt in pulchritudine pacis. de ele. cum fundamenta. lib. 6. ¶ Ego Federicus prædictus ꝙ ſupra ſcriptum eſt aliis ſcribendum commiſi. & prout ſupra continetur ſic conſulo. in cuius rei teſtimoniũ ſigillum meum appoſui conſuetum.

¶ Federicus.

CAſus talis eſt. Quidam exiſtens Vicarius Pręſidentis in quodam Conuentu fratrum prædicatorum permiſit tempore interdicti poſiti per officialem eccleſię ſepelire in eorum cimiterio, dici faciẽdo miſſam ſuper corpus cuiuſdam beghinæ ueſtitæ habitu dictę religionis fratrum prædicatorum, & ipſemet uicarius interfuit parti ipſius miſſę. clauſis tamen oſtiis, & ſecularibus exclusis. & uoce ſubmiſſa. cum tamen dicta beghina, & alię ſimiles habeant priuilegium a ſede apoſtolica quòd interdicti tempore, poſſint intereſſe diuinis, & recipere eccleſiaſtica ſacramenta. Modo quæritur nũquid inciderit in interdictum. qui diuina ſic fecit celebrari, ſupra corpus defunctę, uel non. & ſi incidit per quem debet uel poſſit abſolui. ¶ Super primis dubitationum articulis habita deliberatione ſufficienti, primo quęramus de Officialibus miſſarũ, an ob hoc ſolum officiantes, & celebrantes notã alicuius ſententiæ uel tranſgreſſionis incurrant. Secundo uidebimus de ſepultura. Ad primum arguitur ꝙ non licuerit miſſam. uel officium mortuorum dici ſuper funere defuncti. Nã regula eſt tpe generalis interdicti ꝙ nulla debeãt diuina officia celebrari, ut de ſponſa. non eſt. de ſen. excommunica. c. ult. in prin. lib. 6. Non ob. priuilegiũ quo licitum eſt intereſſe diuinis. Nam extincta perſona, extinctum eſt priuilegium, de regu. iur. lib. 6. c. priuilegiũ perſonale. ¶ In contrarium arguitur per regulam, quæ habet cui communicamus uiuo & mortuo communicare debemus. de ſepul. c. ſacris. 24. q. 2. c. 1. & ij. Item cui diuina & ſpiritualia conceduntur, & mortuo pſalmi & pſallẽtium uoces denegare non debent, ſubmiſſe tamen. 13. q. 2. ¶ Item cum talis poſſit in cimiterio ſepeliri. ut dicetur in ſequenti articulo. ergo omnia debent ſibi concedi, quæ ad ſepulturam conueniunt, uidelicet officiũ mortuo-
6 rum & miſſa ſecundum conſuetudinem loci. † quia uno conceſſo omnia ſunt conceſſa connexa & dependentia. & per quæ peruenitur ad illud ſine qbus illud fieri commode non poſſit. de of. dele. præterea. & c. prudẽtiam. §. ſexta nobis. & de conſti. tranſlato. Item cum uigore priuilegij habilis ſit ad maiora, ſcilicet ad ſacramenta quorum aliqua cum diuinorum celebratione conferuntur. quomodo non erit habilis ſolum ad diuina, cum magis poſt exitum præſentis uitæ quis indigeat orationibus & ſacrificiis ſacerdotum ut 13. q. 2. non extimemus & c. animæ. Et iſtam partem credo ueram. ut nulla nota uel ſententia ex tali miſſa uel officio ſit intruſa. ¶ Sequitur de ſepultura & uidetur quod nõ potuerit ſepeliri. quia ſepultura per ſe & nominatim eſt prohibita. ut de pœni. & remiſ. quod in te. & de priuile. c. epiſcoporum. lib. 6. in quo c. ſepultura uidetur poni: ut quid diuerſum a ſacramentis, & diuinis officiis. ergo licet diuina officia & ſacramẽta ſunt conceſſa per priuilegium, nõn tamen per hoc uideretur conceſſa ſepultura. Sed contrarium magis placet. ut intentio Papæ priuilegiantis ſit, ut ad iſtas beghinas non ſe extendat interdictum. Nam. nomine ſanctorũ ſacramentorum, non ſolum intelliguntur ſeptem ſacramenta eccleſiæ ut c. ueniens de tranſa. ſed omnis res ſacra, & eccleſiaſtica; ut ibi. unde uendens ſepulturam, uel locum cimiteriatum ſymoniam committit. quia rem benedictam & ſacram uendit. ut ibi & de ſepulu. c. penult. Item cui conceditur ingreſſus eccleſiæ & ſepultura. ut de ſenten. excommu. is cui lib. 7. fallit in caſu ſpeciali. ut de tot. c. 2. ¶ Concludẽdo ego credo, & ita conſulo ſaluo cõſilio ſaluis ſentientis, omnia ſupradicta licite fieri potuiſſe ſine aliqua iuris trãſgreſſione quæ ille uicarius permiſerit. In quorum teſtimonium ego Federicus de Senis decretorum doctor ſuper hoc cõſultus prędicta propria manu ſcripſi, & ſigillum appoſui conſuetum.

¶ Ad idem.

S V M M AE.

1 *Priuilegium datum quibuſdam tempore interdicti de celebrando diuina ceteris excluſis, an comprehendat eccleſiaſticam ſepulturam.*

2 *Communicari mortuo regulariter permittitur cui uiuo cõmunicatur.*

3 *Eccleſiaſtica ſepultura an ueniat nomine diuinorum officiorum.*

QVAESTIO CLIX.

FActum eſt tale. Felicis recordationis Gregorius Papa conceſſit benghinabus aliiſque perſonis ſpiritualibus Ciuitatis & ſuburbij Ciuitatis Londinen. priuilegium infraſcripti tenoris. Gregorius epiſcopus &c. Beghinis & Beghinabus ciuitatis & ſuburbij Londinen. &c. ut cum interdictum generale terræ fuerit poſitum in parochiis eccleſiarum ciuitatis & ſuburbij Londinen. ubi degetis per ipſarum Rectores ſeu Vicarios & presbyteros, non interdictos uel excommunicatos ſeu ſuſpenſos clauſis ianuis excluſis omnibus aliis, & præſertim excõmunicatis, & interdictis, nõ pulſatis campanis uoce ſubmiſſa diuina officia facere celebrari

brari & ecclesiastica recipere sacramenta deuotioni ue-
stræ auctoritate præsentium indulgemus nulli ergo om
1 nino hominum &c. Nunc inter alia quæritur † utrum be-
ghinæ & beghini prædicti tempore ioterdicti decedẽtes
possint eccleſiaſticam sepulturã habere. Et uidetur dicẽ
dum secundum Huiguitionem de Vercellis. & Iac. de Ca-
suli, quod priuilegiati prælati ecclesiasticã sepulturã ha-
bere possint. sicut alij qui possunt priuilegij iure sepeliri
in cimiterio tempore interdicti. hoc ideo quia cum om-
nis uoluntariorum sacramentorum percipio simul cum
sepultura tẽpore interdicti denegetur: ut extra de pę. &
re. quod i te. pari rõne restitutis diuinis sacramẽtis sepul
tura quoque restituta esse uidetur: ut C. de nup. l. si libera
tam. ff. de admi. tuto. l. quæritur extra de const. translato.
& facit optimè. C. de senten. pas. & resti. l. fin. in fi. Item
quia par causa est ligandi & soluendi. ut ff. de re iudi. qui
2 potest. de pę. dist. 2. uerbum dei. & 95. dist. illud. ¶ † Præ-
terea regula generalis est, cui communicamus uiuo &
mortuo communicare debemus. ¶ Sed istis beghinis uiuẽ
tibus diuina officia licet participare tempore interdicti.
ut ex priuilegiis apparet, ergo ipsis quoque morientibus
diuinum officium, quod in sepultura celebratur p̃stantib.
est, diuinum enim officium in sepultura canitur seu legitẽ
ut 53. q. 5. placuit. & cui communicamus uiuo & mor-
tuo communicandum est & econuerso. ut 54. q. 5. sane. &
extra de senten. excommu. a uobis. ¶ Probatur etiam hoc
sumpto ar. a contrario sensu extra de fo. c. 1. & de rapto.
c. 5. quæ sunt specialia ar. etiam ad prædicta. ut extra de
deci. ex parte. de priui. c. quia circa. Nec ob. extra de pœ.
& re. quod in te. in fin. ubi dicitur quod specialiter cleri-
cis indulgetur, ut tẽpore interdicti possint sepeliri. ergo
alij sepeliri non possent, quia illud hodie nõ est priule-
gium cum sit redactum ad ius commune in corpore iu-
ris clausum. uel potest dici quod ipsum ius etiam quãdo
que dici potest. quia omnes uiæ domini misericordia &
ueritas, sicut dicimus in postulatione: ut extra de postu. c.
postulationem.

¶ Ad idem responsio alterius.

¶ Casus talis est. concessum fuit cuidam ut tempore in
terdicti audire posset diuina & percipere ecclesiastica sa
cramenta. modo mortuus est. ¶ Quæritur utrum possit
sepeliri cum officio, submissa tamẽ uoce & campanis nõ
pulsatis. ¶ Ad quod dico quòd talis admitti non debet ad
sepulturam. nam interdictum nedum prohibet ali quẽ ad
mitti ad diuina uel ecclesiastica sacramenta, sed etiam ad
sepulturam. & etiam sine aliquo officio. etiam submissa
uoce. extra de pę. & remis. quod in te. ubi dicit quod istud
est priuilegium clericorum seruantium interdictũ. ergo
ius commune erit in contrarium. scilicet quod nullus ad
mittatur. sed cum aliquid generaliter prohibetur quod
specialiter non conceditur intelligitur denegatũ. ut de
uer. sig. exiui de paradiso. in 7. colum. in fin. §. porro. uer.
ubi in clemen. Sed hic nõ concessa sepultura. ut probabo.
ergo intelligitur prohibita. Quod sibi non sit concessa se
3 pultura probatur, quia † sub nomine diuinorum officio-
rum, nõ uenit ecclesiastica sepultura, ut probatur de sen.
excom. alma. libr. 6. populus in quatuor festiuitatibus ad
mittitur ad diuina & ecclesiastica sacramenta inter quæ
non est ecclesiastica seputura scilicet baptismus, confir-
matio, corpus Christi, pęnitẽtia, matrimonium, ordo, ex
trema unctio. &c. ¶ Præterea huic fuit concessum ꝙ pos
set audire diuina & percipere ecclesiastica sacramenta.
sed homo mortuus nõ potest audire nec precipere eccle
siastica sacramenta. ergo &c.

¶ Allegationes Fed. & quoddam abbate.

S V M M AE.

1 *Iudex debet dare apostolos petenti infra certum tem-
pus: & quid si non dederit.*

QVAESTIO CLXXXVII.

Casus talis est dominus Pe. plebanus de pon-
gna executor: ut dicit deputatus Gualterio con
tem. per literas Legati, quas nunquam habere
potuimus. fecit quoddam præceptum Abbati
de Rossено comitatus Senen. die ultima mensis Iunij ꝓ
xime præteriti. ut in dictis literis præceptorijs contine-
tur. a quibus literis & contentis in eis appellauit Abbas
præfatus die secũda Iunij. & apostolos petijt solemniter,
sed nihil fuit responsum per executorem ipsi appellanti.
die uero. 27. Iulij citauit executor Abbatem. ut ueniret ad
accipiendum apostolos, die 29. eiusdem mensis in termi-
no procurator Abbatis comparuit ad recipiendum apo
stolos, sed eos habere non potuit. ut constat publico in-
strumento. ¶ Nunc queritur, executor uisis iuribus par-
tium quid habeat respondere. & nonquid possit se ulte-
rius de negotio intromittere. ¶ Ad quod respondeo Ego
Federicus Petrucius de Senis, ꝙ iste executor nullo mo-
do potest se intromittere nisi appellationi renunciatum
sit. Casus est extra de appe. ut supra secundo responso &
c. ab eo. secundo responso lib. 6. & eo. tit. in clemen. ca. 2.
1 In quibus cauetur ꝙ † si iudex non dedit apostolos peten
ti, infra. xxx. dies a die Præceptorum & sententiarum la-
tatum contra Abbatem a quibus sententiis postea appel
lauit. Sed posito sine præiudicio ueritatis ꝙ simus infra
xxx. dies, dico ꝙ iudex debet deferre, quia aut appellatio
est manifeste frustratoria, tunc non debet recipi. nec eidẽ
deferri. Aut est manifestè uera, & ex ueris & legitimis cau
sis interposita, & tunc indubitanter debet recipi. aut dubi
tatur de illius iuribus. & tunc in dubio propter reuerẽn-
tiam Superioris deferendum est, ut legi. & nota. extra de
app. dilec. in fi. & ibi gloss. & c. debitus in gloss. colligitur
euidenter. 2. q. 6. ad roman. 1. & per Archi. extra de appe.
si a iudice. lib. 6. & in hoc iudex a quo appellatum est, de-
bet seipsum extraiudicialiter se iformare. Sed uideamus
causas insertas in appellatione prima, quia iudex manda
tum dedit non facta fide de suo mandato. & sic Abb. cre
dere non tenetur de offi. dele. c. 2. nec usque hodie potest
haberi. Item non citatus non conuictus præcipitur &c.
¶ Item sine causæ cognitione iste executor quantum in
eo fuit priuauit Abbatem & monasterium sua possessio-
ne. Item & huic non est possibile responderi, beneficia
quæ sunt de mensa non dicuntur uacare & tanquam ua-
cantia non possunt acceptari uel conferri, casus est extra
de conces. prę la. frequens. uer. quidã in ecclesiis. ac istud
oratorium uel ecclesia sancti Andrææ. si qua est cum suis
iuribus si qua habet unitetur mensæ Abbatiæ, & per do
minum Legatum. per quam unionem factum est de men-
sa. ut no. in d. c. frequens. Item constat de fundatione ora
torij, ꝙ fuit sine dote & sine regimine Rectoris constru-
ctum & quasi priuatum. Item constat quòd auctoritate
Superioris fuit destructum. & sic perdidit unionem & pri
uilegium oratorij. extra de noui oper. nun. ca. 5. & ibi de
hoc per Ione. istæ causę, et quælibet earum apud iudicem
appellationis sunt sufficientes ad iustificandum appella-
tionem multofortius sunt iustæ ad inducendum iudicem
a quo ad deferendum, quia per dilationem non uulnera
tur ius impetrantis nec iustificatur appellatio si alias nõ
esset iusta. Pręterea Abb. in sua appellatione iurauit
&c. Quod iuramento exclusis calumniam & malitiam
& presumptionem inducet pro Abbate. ut sapiens con-
sultor in plurimis iuris articulis inuenit. ¶ Pręterea con-
tenta in processibus domini Plebani habent uim diffini-
tiue, quia quantum in eo fuit finem negocio imposuit.
Sed nulli dubium est ꝙ appellatione pendente a diffiniti
ua uel quasi interposita nil acceptari debet, sed omnia pẽ
dere ex futuro euentu. Ex quibus concluditur ꝙ defendẽ
dũ est quòd debet officium executoris silere consultor.
quem ignoro. diligẽter respice, quia casus quos uobis al
legaui

legaui.& quod supra scriptum est ueritas canonica. Et patior ego Federicus magnam iniuriam quia contra mo rem solitum non possum ueritatem oretenus pãdere. Et tales executores appellantur in Tuscia Iudices balistarũ, quia sententias fulminant sicut sagittas. Item nõ possum scire, quæ iura habeat alia pars,& tamen obtuli sibi mea. Item nunquam fuit plus auditum quod nec precibus, nec amore potui habere copiam iurisdictionis istius executoris. Et placeat uobis domine consultor in nostro cõsilio referre. quæ iura pro illa parte uidistis. cõpatior amicitiæ & honestati istius executoris. qui sic ducitur & timeo, ne in eo uendicet sibi locum. cap. cum æterni. de re iudi. lib. 6.

¶Federicus de Senis.

SVMMAE.

1 *Populus, Vniuersitas, Cõmune, uel Communitas an sint paria in materia pœnali.*

2 *Banniti quod non sint de populo Ciuitatis.*

3 *Locus si quando dicatur interdictus.*

4 *Episcopus, an possit ordinare sus familiares sine literis suorum superiorum.*

QVAESTIO CLXXXVIII.

PVto quòd quãdo dicitur. suppono Commune Terræ interdicto. ꝙ ipsi ciues & habitãtes in Terra sint in

1 terdicti. unde credo† quod ista sunt paria. Populus, Vniuersitas, Commune seu Communitas, unde uidentur quod urbe ueterani & Populus sint interdicti. & hoc denotant illa uerba posita in litera domini Rectoris In ipsam Ciuitatem & ipsum Commune. ut ponat illa tã quam diuersa. uide quòd no. Io. An. de sen. exco. Romana ad finem. in nouella. lib. 6. Et si sic est sequitur ꝙ urbe ueterani, præsentes & futuri absentes noxij exceptis bannitis explusis & rebellibus, non possunt alicubi audire diuina officia, uel percipere ecclesiastica sacramenta. ut de

2 sen. excommu. si sententia. li. 6. in fi.† Ideo dixi bannitis. quia tales non uidentur esse de populo illius ciuitatis. 81. di. clericos. Si ita est, credo quòd sequitur quod dominus episcopus nõ possit admittere ad diuina aliquos de illa terra, uel ciuitate. Et si dicatur quod de nominatim inter dictis debet intelligi. ut de sepul. c. 1. in e. li. & de priu. cũ ut plantare. §. excõmunicatos. respondeo illos intelligi nominãtim interdictos ex quo certũ est esse interdictos. ut no. Inno. de preb. in literis in princ. Et ex hoc sequitur quod episcopus familiares suos ciues illius Terræ non expulsos non potest admittere ad diuina. Additio.

3 ¶Sed non quid locus est interdictus, quando dicitur suppono Commune talis Terræ interdicto. Colligitur quod sic. per c. quod nõnullis. de priui. nam a tũc locus non esset interdictus, posset sibi communiter celebrari excommunicatis, & interdictis exclusis. ut no. per Archi. & Ioa. An. de sen. excommu. sententia. li. 6. Non ob. de priuileg. c. pen. 2. responso. lib. 6. quia illud intelligitur de familia sibus non interdictis. Nam quando aliqui erant priuilegiati, ut possent celebrare interdictis, excludebantur in terdicti excomunicati. ut ibi. j. responso. & eod. titu. quod

4 nõnullis.¶ † Ad idem quod queritur, an episcopus possit ordinare suos familiares sine literis suorum episcoporum, respondeo quod nõ credo, nisi totaliter domiciliũ transtulisset, ut de tempor. ordinan. c. ulti. libro 6. & no ta. 7 1. distinct. primates. Sed Ioan. And. quæsiuit & dixi. quod si sine fraude sunt familiares assumpti quod possunt ordinari, sed illam gloss. intelligo secundum præmissa &c.

¶In Christi nomine amen.

SVMMAE.

1 *Donatione facta ecclesiæ sub forma, quod non possit uendi nec alienari, an si contrafiat oriatur donatori actio reuocatoria.*

QVAESTIO CLXXXIX.

DOnatio Vineæ de sancto Ber. facta fuit sub hac cõditione his uerbis expssa, uidelicet quod dictũ hospitale per se uel aliam personã non possit uel debeat in totũ uel in partem uendere uel alienare. Sed esse & stare debeat in perpetuũ apud dictum hospitale ad usum pauperum ipsius hospitalis.

Factum tale est.Iudex formauit inquisitionẽ cõtra Titiũ molẽdinariũ.In eo & de eo quod accepit a Martino eunti ad macinandũ ad molendinũ dicti Titij portanti bladum suis expensis.de xx.cuppis,unam cuppam.quæ.xx.cuppæ faciũt unã minã.Titius prædictus in iudicio cõstitutus respõdẽdo dictæ inquisitioni fuit cõfessus φ accepit à dicto Martino deportati suis expensis granũ ad macinãdũ ad eius molẽdinũ. de xx. cuppis unã cuppã.quæ xx.cuppæ faciũt unam minam. deinde dictus Iudex condemnauit dictum Titium in x. uigore cuiusdã ordinamenti conditi per Priores artium,sub anno.1339. die ultima mẽsis Aprilis.quæ dies ultima Aprilis fuit dies ultima officij dictorum Priorum, in quo continetur inter alia,quod nullus molendinarius accipiat pro multura & suo labore deportanti bladum ad macinandum suis expensis,nisi duas cupppas pro qualibet corbe.Cõtra quã sententiam & executionem ipsius fuerunt propositę quædam exceptiones uidelicet φ dictus Titius non deliquit, quia accepit de xx.cuppis unam cuppam,secundum formam ordinamenti communis Perusij tunc uigentis, in quo continetur φ molendinarij accipiunt pro multura a Kalẽdis mensis Maij usque ad Kalendas Nouembris portantibus bladum ad macinandum ad eorum molendina siue suis expensis siue alterius unam cuppam,de qualibet mina,quarum cupparum.15.faciunt minam, a Kalen.uerò Nouembris usque ad Kalẽ.Maij,accipiat pro qualibet mina unam cuppam,quarum.xx. faciunt minam φ ordinamentum fuit conditum In M.cccxxv. Et dicitur in exceptione quod nõ obstat illud ordinamentũ reuocatum

1 per Priores ex eo quòd nõ fuit publicatum. & etiam fuit oppositũ quòd dicta sententia nõ fuit lecta. Qui iudex uisis dictis exceptionibus pronunciauit dictã cõdemnationem non ualere, & nullam fore, & exequi non debere contra dictum Titium, & eius bona per ipsum iudicem, nec per aliquem alium officialem communis Perusij, & grauamina illata pro executione dictæ condemnationis reuocauit obstantibus exceptionibus,modo successor dicti iudicis uult facere executionem dictę pœnæ contra dictum Titium. Opponitur contra ipsam executionem, & contra ipsam condemnatione m,& contra confessionem factam in iudicio per ipsum Titiũ.uidelicet quòd dicta sententia non fuit lecta.Item quia in confessione,nõ cõtinetur quòd dictus Titius cõmiserit aliquod delictũ cum ipse acceperit secundum formam dicti ordinamẽti conditi a. M.cccxxxv.quòd tũc temporis uigebat. Item quòd iudex elegit uiã certã in procedendo.s.uiã iuris cõmunis non potest ammodo addi.¶In contrarium faciunt no.in c.Iacobus de simo. per me. in q.15.Lap.eligere uiã iuris municipalis.& de iure cõmuni hoc est quòd post cõfessionem requiratur sententia,aliàs ex sola confessione nõ potest fieri executio.¶Item quia per iudicem fuit pronunciatum & declaratum dictam sententiam nullam fuisse,& esse,& executionem fieri non debere, quę pronunciatio transiuit in rem iudicatam,dicitur modo per iudicẽ quòd illud ordinamentũ reuocatum per Priores fuit bannitum.die v.Maij de mandato domini Bernardi tunc Iudicis iustitiæ & appellationis curiæ Perusij, respondetur φ dictum bannimentum non ualet ea eo,quia nõ apparet de commissione facta preconi per dictum dominum Bernardum, quamuis nuper de nouo fit additum in subscriptione notarij rogatus a dicto domino Bernardo scripsi & publicaui, quia quamuis appareat φ notarius fuerit rogatus,non tamen apparet,φ fuerit mandatu pre cõ.nec habuerit licẽtiã bãniẽdi ab aliquo,quod a iure requiritur,nec cõtinetur i dicto bãnimẽto qđ preco bãnierit ex parte domini Ber.nec alterius officialis communis Perusij ea eo quod cõmissio & publicatio dicti ordinamẽti debuit fieri p Priores & non p iudicẽ iustitiæ ex eo quia dictũ bãnimẽtũ dicti ordinamẽti nũquã fuit in archiuo publico nec penes cõe Perusij uel officiales ipsius añ tps,quu dr dictũ Titiũ deliquisse,nec postper plures mẽses.& ea eo qa Stephanus, qui legit & uulgarizauit dictũ ordinamẽtũ preconi bãnięti. tũc tẽporis nõ erat officialis cõmunis Perusij,& ẽt quia dictũ bannimentum fuit factũ post depositionem officij dictorum Priorum,qui habuerunt arbitrium ab adunautia generali condendi dictum ordinamentum.Dicitur etiam per iudicem quod in dicta pronunciatione non fuit citatus syndicus Perusij, respondetur quod tunc temporis nõ erat syndicus in ciuitate Perusij cum tunc uocaretur officium Capitanei. & etiam quia ipse iudex, qui pronunciauit est officialis Perusii, & non requiritur quòd alius citetur etiam per iudicem, & non requiritur quòd sententia legatur per iudicẽ,nec nocet siue præiudicat quod fuit electa uia iuris cõmunis,quia cõtinetur in ordinamẽto Cõmunis Perusii quod pôt facere exacutionem ex sola cõfessione. & quod potest ut debet executionẽ facere de facto,& sic nõ potuit intelligere uiã iuris cõmunis . respõdetur φ illud ordinamẽtũ habet locũ,quãdo non fuit electa alia, quia debemus uitare legum correctionem.

Responsio Ferde.ad thema præcedens.

¶Super themate præmisso habita deliberatione sufficienti uidetur mihi Fede.de Senis, decretorum doctori, quòd successor dicti iudicis possit & debeat facere executionem pœnæ quæ debetu r ex nouo ordinamento facto in Millesimo trigentesimotrigesimoquinto ,die ultima mensis Aprilis,& publicatio die quinta Maij proximẽ sequenti contra illum Titium molendinarium tam uigore confessionis quam condemnationis secutæ.quia in confessione sua implicat transgressionem noui ordinamẽti quod extat.Restat ergo respondere ad ea,quæ opponuntur contra prædicta.Et primo non obstat,quod opponitur quòd sententia non fuit lecta,nam ea super abundanti iudex condemnauit illum,quia poterat iudex procedere ad exactionem pœnę sine aliqua sententia uel condẽnatione ut præsupponit inquisitor cõsilij lecta dicto iudici ex ordimento communis . Igitur si sine sententia potest procedi ad exactionem,quantò magis ex aliquali sententia præcedente. ¶Preterea per confessionem fit crimen notorium de coha.cleri.& molie.uestra.& c.ult. sed in notorio sufficit preceptum ut de transla.c.pen.de

2 cle.excom. mi. ¶Sed precepta possunt fieri sine scriptura,quia speciale in diffinitiua sentẽtia ut no.de re iudi c. ultim.li.6.i gl.j.ad hoc facit quod no.Archi.de pac c.ultim.in gl.pe.ad finem.uer.unde dic.li.6.ubi dicit φ nõ est necesse quod in notorio feratur sententia in scriptis.Itẽ non ob. quod una uia electa &c. Primo quia talem uiam non potuit eligere in preiudicium Communis, quia de facto debebat procedere, unde innuit eo cuius interest non poterat sic procedere.ut patet de uerb.signi.sæpe.in

3 si.in clem. ¶Item qui est arbiter & arbitrator, si cœpit procedere ut arbiter in aliqua parte iudicij postea potest procedere ut arbitrator pro hoc de iureiuran.quintaualis.unde si arbiter processit usque ad conclusionem inclusiue, potest postea ut arbitrator terminare dãdo sniam sine scriptis,ut no.Inno.de præscript.cũ ex officij.ubi idẽ dicit de illo qui habet ordinariam & delegatam potestatem , neque enim eo quod uoluerit iure cõmuni procedere statim renunciauit beneficio ordinamenti quod posset per ordinem procedere.ff.de mili.testam.l.3.ad idem C.ne tu.uel cu.l.3.& ultim. ¶Item non ob.quod sententia fuit reuocata &c.Primo quia debuit requiri ad defensionem

sionem sententię is cuius inter erat puta sindicus uel exa ctor condemnationum.& colligitur ex glo.Inno.de pro cura.in nostra.& facit quod ipse no.& Host.de re iudi.c. pe.in glo.ult.in prin.ubi dicit q si iudex ex officio suo ali quem priuauit prębenda,& illam contulit alteri ad illũ pertinet defendere dictam sententiam,& processus habi tus contra sententiam,illo non citato ei non pręiudicat, sic est in casu nostro.

¶Item licet reuocasset sniam ex defectu solemnitatis obmissę ex eadem cõfessione põt iterum ferri sententia ut de re iudi.c.ad probandum.& de ele.Si cõfirmatione li.6.¶Item non reuocauit confessionem quę sola sufficit ad exactionem faciendam.ut dictum est,supra circa qd aduertendum,quod hoc non opponitur quod ordinamẽtum ualuerit,q non fuerit publicatum ut debuit. Item est aduertendum q in publicatione dicũtur solemnitates quædam non apparentes obmissę.ut quia ille notarius non habuit commissionem.¶Item q erat extra officium &c.¶Item aduertendum quod non est certũ tẽpus determinatũ a iure ita quod cõstitutio inferioris a principe debeat ligare subditos sed est tempus arbitrarium. ut no.Io.And.in nouella in fi.lib.6.super data post Host. & Host.no.hoc in simili in summa de constitu.§.quando
4 constitutus in prin.¶† Item publicationes,& denũciationes fiunt solum pp ignorantes,ita q ipsa denunciatio & publicatio non est de substantia legis cõdendę,sed actus separatus per se a lege,ad hoc facit q no.de reg. iu. cum qui.de sen.excom.cum ab homine. ¶Ex pręmissis sic dico, quod cum post bãnimentum factum publice in locis consuetis per pręconem talia facere consuetum inde ad plures menses & plures ut pręsupponit inquisitor consilij ille Titius fecerit contra ordinamentum.pręsumitur sciens, quia quantum ad sententiam & ignorantiam,nõ refert obmissio secretę solemnitatis. Nam posito q omnis solẽnitas fuerit obseruata in publicatione quę supra dicitur prætermissa,nec plus nec minus sciuissent dictũ ordinamentum.Hoc ergo solum quærendum est, & an molendinarius ille possit prætendere ignorantiam.Et est dicendum q non,ex quo sic publice fuit bannitum illud ordinamentum.1 2.q.2.qui & humanis,de postu. præla.
5 c.1.& quia ma.accusa.pos.c.ul.Sufficit ergo † sola scientia uera. uel præsumpta ut ligentur noua lege subditi, ut in dictis iuribus de const.c.2.li.6.Nõ enim refert qs renũciauerit.ff.de peti.hære.l.Item.§.a quo optime facit de elec. c.causam.ibi nisi ad appellatum &c de for.comp.c.ult.§. si uero in clemẽ.Facit qõ disputata de dona.inter uirũ & uxo.c.4.ubi terminatur,q mulier quæ communiter putabatur uxor & propter latens impedimentum non erat si adulterator non potest se defendere eo quod re uera nõ erat matrimonium.Sic in casu conuerso excusatur, qui uxorem publice repudiatam duxit licet de iure repudiũ non tenuerit.ff.de adulte.l.pe.¶Est enim differentia inter obmissionẽ solemnitatis apparentis,& secretæ. ad hoc de reg.c.ul.in clem.& ideo illud peremptorium non artauit, quia in propositione eius defecit apparens solẽnitas.& sic potest intelligi.ff.quæ sen.sine app. re.l.1.ad fi. optimè facit ad præmissa.ff.ad l.Corne.de fal.si quis legatum,ubi tenetur quis crimine falsi si sibi ascribat in testamento quod non habet esse a principio.puta quia falsum,uel quia filius erat præteritus,tamen habebat figuram testamenti,& erat perfectum exteriori & uerisimili forma.sed si testamentum non habebat esse,nec erat perfectum exteriori & uerisimili forma, non tenetur pœna falsi id scribẽs, hic adde quod no.de reg.iu.nõ est sine in solutione qõnis in mercuri.per Io.And.ac si proposito illud bannimentum habuit exteriorem & uisibilem formam & perfectionem.s.bannimentum consuetum, ita q uerisimiliter potuit peruenire in notitiam subditorũ ut sub compendio cõcludam subditi nõ possunt referre qõnem q solemnitates non apparent, & fuerunt obmissæ quia & si interuenissent.& quia publicatio est actus per se separatus,& ex interuallo & fit propter ignorantes ut dictum est supra.

¶ Verba do. Griffoli de Monte Pulciano respodentis domi.Federico de Senis.

S V M M AE.

1 *Incompetentia actionis duobus modis consideranda est.*

QVAESTIO CCXII.

x QVando proponitur actio incompetens & inepta † aut de ineptitudine constat a principio,& tũc debet libellus lacerari.ut l.1.ff.de offi.assess.& l. 2.in fi.C.ut nemo priua.prædi.su. Et exemplum huius est si peto a te decem quæ tibi mutuaui, quæ prædicta peto per actionem ex locato, si autem a principio non constat de inepta petitione & actione,sed ex postfacto factis probationibus tunc,absoluitur conuentus ab obseruantia iudicij uel prõnuntiatur intentione non tenere,q idem est.exemplum huius patet in c.examinata. de iudi.nam ibi actor proposuit rei uen.at ius patronatus.rei uen.non datur possessori.quia possidenti ultro in rem actio non defertur.ut ff.uti possidetis.l.1.§.interdũ aũt.¶Itẽ datur ↄtra possessorẽ.uel eũm qui hẽt facultatẽ rei restituẽdæ.ut l.officiũ.ff.de rei uẽ.unde in c.examinata agens possidebat.& cõuẽtus nõ possidebat,unde cum ex pbationibus,nõ apparet cõuentũ posse teneri rei uen. neque actor; competere etiam quantum ad formã agendi in rem si possessor apparet ex probat.actionem ineptè propositam,& sic pronunciandum intentionem non tenere.simile est in ca.cũ ad sedem, ibi enim actor petit restitutionem rerum quas asserunt ad se pertinere.& sic petitorium & possessoriũ intentauit & proposuit interdictum unde ui.unde a principio poterat interdictum cõpetere si probaretur spoliatio.cum ergo in processu non fuerit probata spoliatio ineptè fuit petita restitutio per interdictum.Ide est si ago institoria contra dominum ex contractu serui præpositi in merce dominica, & in processu non probo me credidisse in merce dominica, sed peculiari apparet ex probatis me inepte petiisse. & consequenter pronunciandum intentionem nõ tenere. Idem si ago institoria,quasi in merce dominica mutuasse & pbo mutuasse non in merce olearia,sed seruo præposito mutuis pecuniis recipiẽdis male.i. si ineptè egi ergo &c.ut ff.de ins.sed & si pupillus.§.si institoria.& l.habeat.& ita sentiunt doc.& gl.nostri.

¶Responsio Fede.ad Ministrum Minorum de prouincia Tusciæ an in numero Monialium, qui debet esse in monasterio sanctæ Petronillæ prope Senas computẽtur seruitiales monialium quęstuarię, & quę extra monasterium pro eleemosinis & aliis negociis monasterij exire consueuerunt.

S V M M AE.

1 *Seruiales an & in quo a monialibus differunt.*

QVAESTIO CCXIII.

AD ultimum quod dico seruiales non debent haberi in numero monalium. primo quia si serultiales & moniales pari passu censerentur
1 † non debuerunt diuersis uocabulis nuncupari. C.de codi.l.si idem.Item de professione & uita ipsarum regula uel constitutiones regulę non fecissent capitulũ separatim p se.Itẽ si cõprehẽderẽtur sub numero monialium nõ fuisset eis licitum exire clausulam ante tempus Benedicti xij.de sta.mo.c.uno.lib.6.& tamẽ erat eis licitũ exire cũ licentia tãtum ut patet in themate. ¶ Item natura correlatiuorum est,ut unum non sit alterum. ut de

baptis.

baptiſ.debitum ſed ſeruientes &dominæ.ſ.moniales quibus ſeruitur,ſunt correlatiua,& ad oſtendendum ꝙ non debeant haberi in numero,patet quia non tenetur ad diuina officia.Item nõ habent uocem in capitulo,ſicut nec conuerſi minorum & prædicatorum qui reſpectu fratrum eccleſiarum qui ſunt aſtricti ad diuina officia laici reputantur,ut de elec.ex eo.lib.6.& ibi per Archi.ad pdicta facit de cenſi.quanto.& de priu.c.pe.ij.reſponſo.lib.6.Itẽ in libris fornimentis & prouiſionibus monaſteriũ non grauatur de eis ſicut de monialibus. Item nunquam familiares cõueniunt ſub nomine conuentus uel canonicorum ut de priui.per exemptionem.& c.pe.li.6.Capellani quidem & perpetui ſeruientes nõ ueniunt ſub nomine capituli uel canonicorum,de cle.non reſi.c.pen.& no.de elec.c.1.Et ſi diceres profeſsiones faciunt ſpecialiter,ut aliæ. ergo pariter cenſeri debent,non ſequitur,nã tacitè & expreſsè profeſſus quo ad ſubſtãtiam obligationis ſunt pares, & tamen in aliis differunt de elec.nullus.li.6.Item conuerſi prædicatorum & minorum ſunt ueꝛe profeſſi & ueri religioſi.& tamen non faciunt capitulum ſed ſunt ſeruientes non uidetur de hoc dubitandũ. Conſultatio domi.Federici ad do.Paulum de Leaza. de Bon.dum ſtudium erat Senis.

SVMMAE.

1 *Sindicus a maiori parte capituli conſtitutus an poſſit a minori parte reuocari.*

QVAESTIO CCXIIII.

IN anno.M.cccxij.Abbas cũ vii. monachis qui faciebant totum capitulum conſtituit ſindicum ad negocia & cum libera.In an. M.cccxiiij.Idem Abbas cum duobus uel tribus monachis,cum quibus dixit ſe facere totum capitulum reuocauit dictum ſindicum,& reuocatio peruenit ad ſindicum.& aſſignatus fuit ſibi terminus ad contradicendum reuocationi,& infra terminũ nil oppoſuit,poſt hoc inde ad aliquod tempus dictus ſindicus ſic reuocatus forte credens ſe non reuocatum de iure,aliquid fecit nomine monaſterij,uel uendidit,uel qui quam aliud fecit,modo coram iudice petitur reuocari,ꝙ factum eſt per talem ſindicum reuocatum, & producta eſt reuocatio in iudicium & nihil eſt & oppoſitum cõtra
1 eam infra terminum . Modo quæritur † nunquid dictus ſindicus dicatur reuocatus,& allegatur una ratio ſola, ꝙ reuocatio non teneat,uidelicet quia totum capitulum nõ fuit præſens in reuocatione,cum enim appareat quod in inſtrumento ſindicatus fuerunt ſeptem monachi.& in reuocatione non fuerunt duo uel tres,ergo a minori parte capituli.Et dicit iſte arguens ꝙ præſumitur ſeptem monachos fuiſſe præſentes in monaſterio ex quo non probantur mortui uel abſentes, reſpondetur ꝙ ex duo Abbas cũ duobus uel tribus monachis dicunt ſe facere totum capitulum,præſumitur totum capitulum,niſi ab aduerſa parte probetur plures fuiſſe monachos,& in loco unde ad talia uocari debuiſſent.& facit ad hoc de his quæ ſi.a prælа.ea noſcitur.& ibi de hoc per Inno.immo uidetur ꝙ ſolus Abbas poſſit reuocare,ſuper quo uide no.per Inn. & Compo.de elect.in cauſis,& per Inno.de teſti. præſentiũ in prin.Item dico ꝙ ſindicus iſte non poteſt allegare contemptum aliorum monachorum dato ꝙ fuiſſent præſentes in monaſterio & non uocati. Sed ipſi contempti poſſunt hoc dicere,ad hoc de dona.inter dilectos. §. procu. & ibi de hoc per Inno.hæc non ſunt pro allegationibus. ſed pro mortuo rogo uos ut de litera ueſtra ſiue ſigillo ponatis quod ſentitis,ſi ſine labore haberetis iura & rationes,eſſem contentus ꝙ poneretis alias non curetis.

Conſultatio Fede.ad Abbatem de Podio Boniti.

SVMMAE.

1 *Duobus in eodem iudicio contendentibus quorum unus allegat filium nil poſſe agere ſine patris conſenſu, & ſic eum eſſe in patria poteſtate, alter replicat filium non eſſe legitimum,nec eſſe ſub patris poteſtate: cui incumbat prima probatio.*

QVAESTIO CCXV.

AGit quidam quem conſtat habere patrem coram iudice opponitur,quod cum ſit in patria poteſtate non poteſt agere ſine patris conſenſu replicatur quod non eſt talis natiuitatis ꝙ ſit in patria
1 poteſtate. Quæritur † quis habeat probare ad excipiens quidicit actorem in poteſtate,an replicãs qui dicit ſe nõ legitimum. Et credo quod hoc quærere ſit idem ac ſi quæreremus nunquid in dubio præſumatur quis legitimus uel illegitimus,natus de matrimonio uel non,& text. de cre. lator qui fil.ſint leg.probat quòd præſumatur legitimus , uide quod ibi ſcripſi. per Io.And.de regu.iur.infamibus lib.6.& hoc clare dicit Inn.in c.lator.in 1.opp. tamen ipſe & Ber. & Hoſt.innuunt quod quia conſtabat de matrimonio.Iccirco habuit ille probare quòd matrimonium non fuerit legitimum.& hoc uidetur corroborari per decre.peruenit eo.titu.& per gloſſ.ibi poſitam.& per c.illud de præſump. & per glo.eiuſdem.c.ſed quare & hoc uidetur prima facie uerum & ſic legenda uidetur decre.lator tamen.uide per Hoſtien.in dicto.c.illud .qui plene de hoc recitat,& per Goff.de clande. de ſpon . in ſumma.Ego enim eos non uidi,quia adhuc non feci reportari ad domum libros quos foras niſi eum ad Cõmiſcatum aſſeſſi.

¶Conradus de Stradella ad do.Fede.de Senis.

SVMMAE.

1 *Conceſsio ſimpliciter facta omne id dicitur includere quòd illam perficit, & plenam probationem.*

2 *Papa uel legatus conſtituens Iudicem ſuper violentijs & iniurijs monaſterio illatis intelligitur per omnẽ modum conceſſiſſe,per quem veritas melius habeatur.*

3 *Teſtes ſuper crimine recipere indiſtincte etiam ſine lit. conteſt.iura permittunt.*

QVAESTIO CCXVI.

DOmino Fede.ſalutem cum aliquid cõceditur & omnia quæ commiſſum plenum faciũt intelligũtur conceſſa,ut in auth.ut liber.de cætero.§.j.in gl.ut ingenui nati &c.colla.6.ibi
1 not.habetur quod † cui aliquid cõceditur.& ea quę illud ad plenum faciunt intelliguntur conceſſa &c.multomagis ea ſine quibus ceſſum non poteſt habere effectum.ut c.Præterea de offic.delega.nec ualet quod dicit ea , quæ ſunt imperij in delegatum tranſire non poſſunt , quoniã hodie iure nouiſsimo non eſt uerum ut in auth.de col.§. ad hoc prohibemus.uer.ante ꝙ &c.ibi uices eius agentes inſtituere , qui præter ultimũ ſupplicium &c.& hoc eſt uerum præcipuè iure canonum ut in c.uenerabili de offi.delega.ibi ad inquirendum delegatus proceſſit &c. & no.de offi.ordi.c.quo ad ſedem in glo.1.in ſi.Papa igi
2 tur uel legatus † conſtituens iudicẽ ſuper uiolentiis , & iniuriis illatis monaſterio intelligitur cõceſſiſſe p omnẽ modũ,per quem ueritas melius illati criminis habeatur.& ad excludendam uiolentiam & iniuriã procedatur tamen in odium delinquentis & fauorem paſſi iniuriam concedatur.uide quod no per Inn. & Hoſt.de off. delega.cum olim dummodo non ad pœnam criminaliter.

ter. Sed ad emendationem damni & iniuriæ ciuiliter pro cedatur, ut c.conquestus in fi.de fo.compe.& quod super ео crimine ciuiliter queritur an possit inquiri de officio ꝑ talem iudicem constitutũ. maxime pro uiolentis, probatur in aut.de col.§.Si iubemus iudices tã militares quã ciuiles per se requirere eos qui latrocina uel uiolentias committunt &c. ¶ Et notate quia dicit per se &c. & ut nul li iudi.§. & hoc ubi damnum læsis in duplum restitui. & hoc etiam sentit Inno.de accu.cum oporteat in gl.dic ꝙ ubi in literis inquisitionis &c.in fin.ibi & quod est no.di gnum probato crimine in modum inquisitionis nedum pœnam imponeret sed & læsis damna restituit.& non so lum quando principaliter quæritur de crimine sed ciuili ter intentatur ut in proposito casu.sed alias ad ueritatem iuuandam parte deficiente, per inquisitionem ciuiliter ꝓ cedere.ut l.inquisitio ueritatis.C. de fol. & l. præsenti.§. sane.de his qui ad eccle.confu.& §.præcedenti.ibi execu toris sollicitudine perquisite &c. & ibi tanquam inquirè di uolumus esse cautelam &c. quinimo & arbiter cuius est arctissima potestas nedum de necessariis uel utilibus ad perfectionem commissorum, sed & super accessoriis ex officio solo sententiam ferre potest.ut l.nõ distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.in glo.no.arbitrium in fi.Cum igitur hic delegatus maior sit ordinario, quinimo & generali Legato in causa commissa multo fortius prædicta potest uidelicet.per modum inquisitionis super inuasione & spoliatione factis contra monasterium exigente cõ tumacia manifesta criminosorum prædictorum nedum nera uel ficta ueritatem perquirere.Et maxime ubi de de licto quæritur spoliantis.ꝙ ut est casus in.c.consultationibus in fine de offi.deleg.nec uerum est quod illi c. con tradicat c.accedens.j.ut lite nõ contest.quia nõ loqui tur i crimine spoliationis. sed sola ciuili restitutione in integrum minori uel ecclesiæ concedenda.Sed io d.c.cõ sultationibus in fi.no.Inn.quod etiam in dicta restitutio ne in integrum testes lite non conte.recipiuntur in cõtu maciam partis aduersę ibi.in fin.per tres menses.Sed per quatuor fuerunt in eorum contumacia expectati priusquam inquirerent ut acta probant. ¶† Præterea nedum

3 in crimine spoliationis, sed omnium criminum est iure ꝑ missum testis lite non conte.recipi, nec distinguitur ciui liter uel criminaliter intẽtetur.ut in c.quoniam frequen ter.§.sunt & alij.ibi excessiuũ inquisitio &c. ut lit.nõ cõ test.¶In proposito etiam nulla est ambiguitas.quia & cõ tra ipsos tanquam notorios rebelles & contumaces pro cessum existit ubi nullus iuris ordo seruandus est.ut.cap. quia facris de filiis presb.& c.super eo.de test.cogen.& l. ea quæ.C.de acc. ¶ Præterea ca.exhibita nihil ob. quia ibi de nullo crimine quærebatur, sed de uiolentia & mu ria in proposito casu. Sed tamen in usura dicatur per inquisitionem procedi.sed & in eo casu omnis est iuris ordo remissus ex noua cõstitutione Clementis de iudi.c.2. multo fortius in hoc casu uiolentiæ & rapinæ ubi retinent interitum bona monasterij.& illis fruuntur in dam num,& in periculum animarum ipsorum.& si non possent per contumaciam procedi per modũ officij ex illato crimine neque iure actionis.ita illi ex sua contumacia& rebellione lucrarentur & meliores condicionis essent ꝗ̃ iuri parentes,ꝙ est negandum.ut c.contiugit.de dolo & contu. Quod autem dicitur eos in prolatione sententiæ fuisse non contumaces,non est uerum,imo ter,&peremptorie fuerunt & personaliter iuenti & citati.ut patet ex actis.ualere.¶Sequitur additio super uerbo talem. Contra uidetur facere quod not.per Io.An.& Hosti.de Iureiur.c.ad nostram.2.per Io.An.in nouella de fo.compe.c. laycus in glo.licet tamen. ¶Consilium Feder.de Senis.

S V M M AE.

1 *Verba ista relinquo.c.fratribus prædicato. & fratribus Mino.c. & omnia alia bona mea relinquo tali distribuenda pro anima mea prout sibi placebit cuius sint naturæ.*

2 *Approbatio plurium doctorum quid in opinionum diuersitate conferat.*

QVAESTIO CCXVII.

FActum est tale.Quidam nomine .P. ueniẽs ad mortẽ dixit in pñtia unius fratris de ordine pdicatorũ duorum secularĩũ .s. unius masculi & alterius

1 fœminæ.ista uerba uidelicet.†Ego relinquo fratrib. pdicatoribus de Meuania c.libras, & Fratribus Minorib. in eodem loco c.libras.& omnia alia bona mea relinquo fratri Petro de dicto ordine prædicatorum per ipsum distribuenda pro deo & anima mea prout sibi place bit.& decessit.modo quæritur quem effectum & efficaciã habent prædicta quid iuris. Nam ueniunt uenientes ab intestato .& dicunt ꝙ prædicta uerba de iure nullum sor tiuntur effectum.relcribatis ergo quid iuris cum allegationibus iuris. ¶Præmissa dubitatio non habet argumenta pro & contra, sed solum est uidendum quomodo intelliguntur duę decre.positæ in ti.de testa.quę incipiũt cum esses.& c. relatum super quorum intellectu triplex

2 est opi.¶In diuersitatibus.nanque opinionum illa eligẽ da est, quę à pluribus doctoribus approbatur.& in quam omnes opi.recidunt,& regur obtinent qui potiora iura habent.ad primum.xx di.de quibus &c.de libellis ad fin de arbi.c.1.lib.6.&ff.eo.ti.l.diem.§.si plures.Ad tertium C.de edic.diui adri.tol.lult.& de proba.licet & de iurepa.c.suggestum.de conuer. infide. c.2.cum fim. ¶Ad pro positum tota superior uoluntas uersatur circa pias causas. Nam in legato facto fratribus non est dubium de hæ redis institutione nõ vĩ adhuc dubium, nam per illa uer ba pro deo & anima mea uidetur sensisse mu riens ꝙ bo na sua distribuantur inter pauperes, & alios pios usus. Ad ꝙ facit ut dicit Inn.de testa.cum tibi in prin.gl.ul.Cũ ergo tam legata quã hæredis institutio fuerit ad pias cau sas,sequitur ꝙ talis uolũtas de qua constat per duos ido neos testes ualida fit.& in hanc sententiam quasi omnes opinio.in illis decretalib.recitatæ consentiunt.Nam una est opi.ibi no.2.q.4.in summa in fi.ꝙ illę duæ decretales derogent omnib. iurib.ciuilibus ampliorem numerũ testiũ requirentib. ¶Alia est ꝙ restringatur solum,quo ad pias causas per c.relatum. Alia est ꝙ ad non pias causas requiritur præsentia presbyteri in aliis non,ut no.in Spe cu. de instru.ædi.§. compẽdiosè uer.per ius canonicum. Post istas opiniones recitatas,dixit Io.And.si de his opinionib.tenemus quòd cõsuetudo seruat,uidelicet ꝙ in re lictis ad pias causas, & in terris subiectis ecclesiæ stabimus his decretalibus, ut duo testes sufficiant.Sed in casu nostro concurrunt ista duo.quia in terris ecclesię, & ad pias causas,testimonium fœminæ parum curo, si adiu uat.quia quo ad talia non est idoneus testis,ut inst.de teста.§.testes.& no.de uer.sig.forus io fi.Et ita uidetur mihi Fed.de Senis decretorum doc.

¶Dominus Nicol.contra aduocatos Sen.ad Fe.Et qõ fuit an familiaris qui de salario cum domino non conuenit possit petere salarium.

S V M M AE.

1 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione ualidum est in iure.*

2 *Concessum in uno quod in alio intelligitur esse prohibitũ.*

3 *Operas alicuius conducere consuetus non præsumitur gra tis postea conduxisse.*

QVAESTIO CCXVIII.

DOmine Fede. si non fallor quod contingere leue foret.exceptio opposita contra libellum Cyaili,ꝗ ex peritur

peritur contra dominum fratrem Angelum ualidissima est,quia nemo sine actione experitur ut l.quoties.§. qui temporali.ff.de admi.tut.l.si pupill.§.uideamus.ff.de nego.gest.Sed ex propositis in libello actio non resultat.qa nec obligatio. Sed hic nec obligatio ex contractu.nec ex quasi contractu,nec ex delicto,nec ex quasi delicto.ergo
1 nulla†arguendo à sufficienti partium enumeratione. sed non oblatio nec actio,quia filia sine matre esse non pōt, sed obligatio est mater actionis,ut l.licet §.ea obligatio. ff.de procur.¶Nec obst. quod de aduocato dicitur, ꝙ ibi puto speciale,nam & alia sunt specialia,quia ex nudo pacto datur actio.ut.l.j.C.de suffragio,regulariter cōtra ut l.iurisgentium in uersi.igitur nudo pacto,de pact.¶Vnde uenia à Speculatore obtenta,& a quocunque alio contrarium sentiente uidetur mihi dicendum,libellum nō procedere forma sua.Item si aliquis sciens se non teneri aliqnid de suo alicui impedit uidetur donare,ut regula iuris cuius per errorem.ff.de reg.in.nec distinguuntur ope-
2 ræ.¶†Item quod in uno conceditur in alio prohibetur ut l.maritus.C.de procu.unde si in aduocato hoc inductum est,ergo in cæteris contrarium. Nam si hoc priuilegium habent aduocati,ergo in contrarium est ius commune. ut l.j.in fi. ff ad municipa. & ista puto uerissima. ¶ Item dico quod si Senis nulla est cōsuetudo ꝙ famulis satisfiat si de mercede cum domino non conuenerunt,nec qualiter satisfiat,de hoc tamen non curo argumenta æquitatis prudenter inducta non sustinentur, vbi æquitas non est scripta ut no.in l.inter æquitatem supplere supplenda & corrigenda corrigere viderur contra scripta.14.q.5.non sane potest responderi quòd ibi præcessit conuentio.

¶Dominus Gritfolus.ad idem.

3 ¶Videtur salua latiori deliberatione, ꝙ † si præfatus domicellius consueuerat operas suas locare,& dominus cōducere operas ministrorum quòd salatium siue merces debeatur eidem saltem usque ad summam quam alterius opera & ministerio dominus fuisset conducturus.argu.ff. de condi.inde.l.si non sortem.§.libertus uer. Sed hoc nūquid.& per hoc.C.de fundo patri.l.fin.lib.11.ff.de dona. l.in ædibus.in prin.uide 1.q.1.sunt nonnulli per Archi.

¶Desloratio literarum domini PaPæ Feder.

S V M M AE.

1 *Abbas uel monasterium scientes monahum literas Papæ uel bullam Papæ falsificasse,non possunt ipsum recōciliare; quia per solum papam potest absolui.*

QVAESTIO CCXIX.

Si notorium vel Abbati vel alias indubitanter cōstat
1 † quod ille monachus commiserit falsitatē circa literas domi.Papæ siue in bulla,siue in carta,siue alio modo,non potest dictum monachum reconciliare, ut tractet eam ut alios monachos,cum ipse sit excommunicatus per c.ad falsariorum.de crimi.fal. & non potest absolui nisi per Papam ut co.tit.dura. & in isto casu Abbas debet uicinos Episcopos inuocare ad degradationē eius,& sic degradatum tradere seculari curiæ.ut in ca.ad falsariorum.& facit duod no.de priui.cum & plantare in 6.glo.Si uerò non constat Abbati. sed habet eum uehementissime suspectum.tum quia ille monachus publica laborat infamia, tum quia literas non ostendit sibi, tum quia illas ostendit Pluribus qui dicunt dictas literas deuiare a stilo curiæ Romanæ propter alia superius narrata,dico ꝙ si dictus monachus uenerit in fortiam dicti Abbatis dñs Abbas debet alterum facere de duobus uidelicet,uel mittere eum sub fida custodia ad Romanum Pontificem.uel eū carcerare,& in bona custodia detinere donec Romanus Pontifex per literas uel nuncios domini Abbatis certificatus uoluntatem suam responderet.ut ꝓbatur de rescrip.c.2.de cri.fal.c.2.& 19.dist.in memoria. ubi de hoc in fine.Si uerò Abbas ista negliget,et cū facere posset non immerito fautor ipsius dici posset de sen.exc. quanto.2.q.7.negligere.23.di.error.& 1.q.7.nec regiminis cum similibus.

¶In Christi nomine amen.Allegationes Fede.

S V M M AE.

1 *Simplicitas dicitur ueritatis amica nec uerborum multiplicatione utitur.*
2 *Iudicis incompetentis officium etiam sine exceptionis ope quando nullam habeatur.*
3 *Soluens iussu iudicis an sibi appellandi beneficium præcludat.*
4 *Testes multimodè redduntur ad probandum inepti.*
5 *Crimen irregularitatis,quod ex contemptu clauium grauissimum est.*

QVAESTIO CCXX.

1 Veritatis amica simplicitas†non quærit coniuncta siue uerborum adminicula.Iccirco scribentis defectum suppleat ueritas,& consultoris circūspecta prudentia.Factum ita se habet dominus Vicarius Generalis Senen.Episcopi dicens se ad hoc habere speciale mandatum,per uiam inquisitionis,processit cōtra & aduersus dominum Cy.& Vannutium,quos in sua inquisitione præfatus Vicarius infamatos esse pręsupponebat,testes ex suo officio recepit Vicarius, protestationibus primo præmissis contra personas,& dicta testium dicti do.Cy.& Vannutius ad sui defensionem testes produxerunt,de inde publicatis utrisque testibus,quia testes per officiū inducti aliquid dicere uidebantur licet falso dicti inquisiti cōtra personas dictorum testium,& dictas exceptiones proposuerunt super quibus testibus productis & publicatis uertitur in dubiū,an dicti inquisiti sint in condēnationis uel absolutionis casu uisis actis & actitatis in causa.¶Quod autem sint absoluendi,sic probatur
2 uel multipliciter.Primo†quia processus ē nullus ipso iure,tanquam a iudice non competenti factus,quia Vicarius in criminibus puniendis iurisdictionem non habet, unde sine exceptionis ope, redditur officium nullum.de offi.uica.c.2.lib.6.¶ Non obstat si dicatur ꝙ pars sub eodem iudice litigando & respondendo uidetur prorogasse eius iurisdictionē in sc.nam dato ꝙ in criminalib.possit fieri prorogatio,debet tamē fieri in iudicio,quia alias habebat merū imperium.ut no. ff.de iudi.l.j. in glo. ul. Et dato sine pręiudicio,qđ inquirere potuerit,tamē contra ius instituta fuit ut puta nulla infamia pręcedente.extra de accu.qualiter ij.& c.cum oporteat.¶Non obstat si dicatur,ꝙ inquisitus debuit de hoc excipere,& sibi imputet quia tacuit.ut extra de accu.c.2.lib.6.Nam hic inquisiti iussi a iudice responerūt,unde saluum remanet eis ius
3 excipiendi.nam†& qui iussu iudicis soluit nō pręcludit sibi beneficium appellandi.ff.de app. cum ex causa.secus si sponte soluit.c.de re iudi.ad solutionem.& in concor. positis de iureiur.ꝙ quis mandato facit iud. &c.lib.6.Et iccirco cum hoc ius excipiendi remanserit eis saluum,& ipsi inquisiti per suam negationem probauerint de sua bona fama.cum tamen per testes inductos ex officio iudicis nulla infamia sit ꝓbata. patet ergo ꝙ processus nō sumpserit initium.& ideo quicquid sequitur ex ipso nullum est,iura sunt not.¶Item cum hic agatur de crimine iniuriarum,& ex titulo inquisitionis appareat terminū & plus esse lapsum.Item cum probatum sit per testes Inquisitorū qđ à quatuor annis circa,& plus,& per ipsū tempus & ante inquisitionem formatam.Isti duo inquisiti fuerunt amici adinuicē,relinqtur qđ ammodo de tali crimine iniuriarum quęrendum non est, ad hoc.ff.de

inlur.non solum.§.j.C.eo.ti.l.& si nō conuicij.& no.80.
di.c.1.& c.studendum.& plenius in Spe.de abo.& pur.§.
j.uer.quid si accusatus.& maxime cum sit probatum cō-
munem uocem & opinionē esse,& quasi notorium q ab
emulis & inimicis instituta fuit inquisitio,& promota ad
hoc de accu.qualiter ij.¶Sed dico sine præiudicio q præ
missis non obstantibus rectè fuit instituta inquisitio,uidē
dum restat quid sit probatum.Et primo faciēdæ sunt duæ
partes de inquisitione.Prima pars tractat de crimine iniu
riarum.Secunda pars de contemptu clauium siue crimi-
ne irregularitatis.Et si prima pars non est probata,per cō
sequens nec secunda.Si vero prima probata est,non tñ se
quitur q sit probata secunda,vt infra patebit. ¶ Et primo
videndū est,an contra sm venientem sit probatū. & dicē
dū est q non.nā cum unus dicat q percussiones factæ fue
runt punctim.i.per punctam, & alius dicat cesim.i.per ta
glium,patet q testes intellexerunt de diuersis uulneribus
unus intellexerit de uulnere punctim facto,alius de uul-
nere cesim facto.si ergo de uno tantū uulnere intellexe-
runt sunt sibi contrarii.Si uerò de diuersis sunt sibi singu-
lares.testibus aūt singularibus & contrariis credendū nō
4 est.iura non desunt. Ad hoc accidit† q dicit lex quod ex
qualitate diuersa criminum,inducitur diuersitas eorum-
de.ff.de pœnis.l.aut facta.§.qualitate.&ibi dr̄ q aliud est
damnum datum in turba,aliud extra turbam.ff.ui bono.
rap.l.prætor ait.§.hæc aūt actio ꝯtra do.Cy.nihil certū ꝓ
batum,qa non apparet in qua manu percusserit,& in cri
mine maximè iniuriarum debet certum qd probari. Ad
hoc.ff.de iniur.l.ait prætor.in prin.cum si.Et dato q ꝓba
tū esset de eo q percusserit,tñ ut ex dictis testium colligi
tur,& maxime ex teste penultimo hoc fecit ad sui desen-
sionē & sic immunis debet esse à pœna.de homi.signifi-
casti.& e.ti.c.uno in cle.& manifestè præsumitur eorum
testiū subornatio & falsitas ex uno eodēque meditato ser
mone 4.q.3.in testibus considerandū est,& q isti sint fal-
si manifestè probatum est tp̄e & loco in Inquisitione cō
tentis,dictum Vanutium alibi affuisse,& sic sequitur q cū
eodem Cy.eodem tp̄e in Inqsitione contento ad rixa de
uenire nō potuit de test.ex tenore cū si.¶Item probatum
est q Baldutius tp̄e lati testimonii per eū erat in enormi
& grandi peccato mortali constitutus,& homo lusor,&
uitæ suspectæ.& sic ad testimonium admitti non debet,&
maxime ubi de crimine agitur puniendo.3.q.7.testes.&
c.ipsi de excep.denique de testi.testimoniū.& c.ul.¶Itē
Bartolumeus repellitur ex toto quia homo leuis cōditio
nis,& uitæ & laycaliter uiuens,& uilia exercens.

¶Preterea & ad hoc non potest respondori si Balducius Vā
oes & Bartolomeus probati sunt fuisse & esse familiares,
& commensales,& cohabitantes.& domestici filiorū do.
Bernardi & do.Manfredi de Squarcialupis,qui sunt ꝓba
ti manifesti inimici Vannutii.unde cōtra d.Van. eis credi
nō dēt extra de accu.repellātur.nec ēt cōtra do.Cy.cum
sint cōsortes,& cū sit coniunctus & cōnexus ei,nec pos-
sūt deponere cōtra Cy.quin deponāt contra Vānutiū un
de uictoria unius debet prodesse alteri.Ad hoc.ff.de adul.
l.denunciasse.& dato q iniuria sit probata.& q de iniu-
ria siue percussionibus sint condemnati.quod tamen fal-
sum est pp transcursum anni,dissimulationem,et remis-
sionē ut dictum est supra.¶Restat uidēdū de crimine irre
gularitatis,circa quod sciedum est,q irregularitatis,quę
surgit ex contemptu clauium est maximè & grauis, quę
non tollitur pœna quantūcunque irregularitas sit occul
ta sed necessaria est dispensatio Papę ut de reg.iur.c.1.&
de sen.excom.li.6.Et iccirco de graui crimine non est qs
ex pręsumptionibus condemnādus.sed luce clariores de
bent esse probationes ut l.sciant.C.de proba.& extra de
pręsum.literas.¶Videndum est,an aliquid sit probatum
cōtra istos Inquisitos,qđ inducat irregularitatem.Et est
dicēdum aperta fronte q nihil ꝓbatum est.Nā hoc nō est
probatum quod dicti Vannutius & Cy.sint excōmuni
cati,ratione cuius excōmunicationis incurratur irregu
laritas.& q hoc non sit probatū patet,quia in nulla parte
actorū constat q isti Inquisiti sint clerici uel ecclesiastice
ꝑsonæ.Et si dicatur q probatur quod celebrauerunt mis
sas.respondeo potuerunt de facto celebrare.Hinc est qđ
habemus rubricam de clerico non ordinato ministrāte.
Vnde cum tractemus hic de grauissimo crimine nō debe
mus de coniecturis iudicare.ut no.de sen.ex.in audiētia
qđ si percussi quendā deserētem habitum & tonsuram,
quem clericum credebam si in rei ueritate non erat cleri
cus non sum excōmunicatus,quia reuera requiritur q sit
clericus nec sufficit possessio clericatus quę ēt hic proba
ta non est.Sed in alio casu sufficiat possessio quo ad forū
sortiendū ut extra de sen.ex.si iudex.lib.6.Non ob.quod
titulus inquisitionis innuat istos esse ꝑsbyteros,quia illa
sunt uerba notarii, uel uicarii,& non præiudicant uerita
ti.ut legitur & no.de priui.si Papa.li.6.& eo.li.de rescri.
si gratiosè.& in constitutione cle.c.ul.de sen.excom.nā
& si Iudex dicat cōdēno talem tutorem filiorum quon-
dam talis,Iudex cognitor talis qōnis libello oblato lite
contestata &c Non probatur ex hoc litem esse contesta-
tam ut no.per Inn.& Host.de prob.c.qm̄ unde irrefraga-
biliter dicendum est,q non est probatum qđ isti Inquisi-
ti sint cleric.& per cn̄s dato quòd se percusserūt nō sunt
excōicati & per consequēs nō sunt irregulares.merito er
go absolutionem consequi debent.Prodeat ergo de uul-
tu Dei iudicium,& oculi iudicantis uideāt æquitatē.nec
famelica Squarcialuporū uoracitas insatiabilis inebrie
tur de sanguine innocentium.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Vsuras soluenti an & qualis contra vsurarium actio competat.*

Q V AE S T I O CCXXI.

QVęstionis per uos ꝓpositę declaratio magis per
tinet ad legistam , quam ad canonistam. debetis
5 scire quòd† opinio est , an ille qui soluit usuras
hēat hypothecariā in bonis usurarii,an uerò so-
lum personalem.s.conditionem ex canon.debitores ex-
tra de iureiu.cū si.uel cōditionē indebiti.do.Io.An.no.ex
de usur.c.ij.in gl.pauptas.in 6.qđ bona usurarij sūt taci-
tè hypothecata soluētibus usuras.ut sic pluribus credito
ribus , cōcurrētib.locus sit prioritati in tp̄e,quēadmodū
obseruatur in aliis hypothecis alias ipse decre.cū tu in
fi.extra de usu.quod nō ꝓbat.& quod no.in decr.tua e.
ti.Guil.uero dura.&Arc.no.cōtrariū in d.decr. innuen-
tes illud seruari debere in his,qui soluerēt usuras,quòd
seruaret in pluribus creditoribus habētibus personales.
&tūc uī recurrēdum ad l.scimus §.licentia.cū pręceden.
& seq.de iur.deli.Ergo in proposita quęstione siue usura
rius defunctus ēt hēat hęredē siue non dato curatore bo
nis certū est quòd creditor idēque debitor debet sibi cō-
pēsare id in quo tenebat usurario.& si plus tenebat usura
rio pro usuris receptis ab eo q̄ usurarius teneret sibi,cre-
ditores agent cōtra usurariū uel etiā cōtra debitorē debi
ris per eum modum qui no.C.quando si.uel priuat.

¶ Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Exceptio rei iudicatæ potest in uim dilatoriæ contra rescriptum opponi.*

QVAESTIO CCXXII.

DOmino Conrado Feder.salutē. Rogo ut scribatis
opinionem uestrā de infrascripto dubio.Scitis q
1 †exceptio rei iudicatæ ꝑt opponi i uim dilatoriæ
cōtra rescriptum de lit.cōt.ca.1.lib.6.& sūptū fuit C.sen.

rel.nō pos.l si.Opposui dictam exceptionem cōtra rescri
ptum,& petij ut iudex pronūciaret se non Iudicē. Iudex
uero credens exceptionem non obstare,uel non esse pro
batā pronunciauit se Iudicem esse.& procedendū esse ad
ulteriora postquā actor obtulit libellū, reus uero eādem
exceptionē repetit contra libellū dicens, ꝙ super eo nō
dēt cogi litē conte.& petit super petitione procedendū
nō esse & se absolui ab instātia iudicii uel obseruatione.
¶Quæritur nūquid possit fieri.vi ꝙ nō.quia semel calum
niatus est &c.&t ad hoc qđ no.Inn.de pur.c.cū dilectus.
in gl.magna uer.item si quis exceptionis dilatorias.¶Sed
cōtra cū uariatur modus agēdi.Item potest pluries oppo
ni.ut probatur de testi.ueniens.& illud placet ibi Host.
Ad idē qđ no.de ordi.cogni.c.ii.in gl.habet ad fin.nā in
themate,ꝓposito ad unū effectum opponitur primo,& ad
aliud opponitur secundò exceptio rei iudic.

¶Federicus de Senis.

S V M M AE.

1 *Appellatione pendente an alius modus procedendi super
primo agitatis intentari possit.*

QVAESTIO CCXXIII.

DOmino Nicolao Fede. salutem. Datus es is mihi in
socium in quadam causa ad consulendū, & pun-
ctus residet in hoc meo iudicio. Lata est sentētia
contra Franciscum pro Angelo. à qua sententia
1 appellatum est. † & appellatio pendet. & est qō super ui
nea. Interim Angelus fecit fieri incessiuā de fructibus ui
neæ.Frāciscus petit reuocari incessiuam,Angelus uero
ꝙ non debet reuocari.ad probandum hoc induxit acta il
la ex quibus lata fuit snīa,à qua appellatum est,uideba-
tur mihi,ꝙ illa acta non faciant fidem in hoc iudicio.pri
mo quia aliter,& ad alium finem agitur mō ꝗ primò.un-
de nō faciūt fidem cū uariatur modus agēdi.Itē quia uir
tus & effectus illorū actorū est in pendenti donec tā ꝑ
appellationem pendet.unde non dēt interim operari ac
si snia trāsiret in rē iudicatam.Mitto uobis allegationes
hincinde,& ēt meas.& quid mihi uř.& responsionē,quā
accepi à diuersis.Qō est parua.& debet esse expedita ho-
die & cras.significetis mihi quando uultis quod ego ue-
niam ad domum uestram quia nolo uos exire de domo.

¶In Christi nomine amen.Federicus.

S V M M AE.

1 *Episcopus an possit res unius ecclesiæ dare alteri.*
2 *Ecclesiæ omnes episcopatus quod teneantur ad caritati-
uum subsidium.*
3 *Libertus subuenīri tenetur patrono si quādo eidem super
sit & patrono desit.*
4 *Episcopus quod intelligatur esse administrator in cūctis.*
5 *Bona ecclesiarum quod sint pauperum & destinata ad
pauperes alendum,captiuos redimendum,et templum
Dei ædificandum, & quod ad eundem effectum uendi
possint & alienari.*

QVAESTIO CCXXIIII.

CAsus talis est.Quædam Plebs hēt capellā nūc ua
cantē ad eius reformationē spectantē,ecclesia
dictæ plebis idiget reformatione.plebs nō suf
ficit cōsideratis facultatibus suis expēsis & one
ribus.Nō quæritur cum dicta capella sit sufficiēs an eps
possit deputare redditus dictæ capellę pro dicta repara-
tione,reseruata ex redditibus dictæ capellæ congrua su-
stentatione futuro capellano,& oneribus incūbentibus ꝑ
circulum anni.¶Et uidetur mihi Fe.de Se.quod sic. nam
1 †Eps ex iusta cā res unius ecclesiæ potest dare alteri,etiā
i ꝑpetuū multofortius redditus ad tps de reb.ec.nō alie.
c.j.li.6.& sicut de bonis Plebis pōt subuenire Capellę sic
2 econuerso de eccle.ædi.ad audientiam.j.†¶Itē oēs eccle
siæ totius epatus tenentur ad caritatiuum subsidium epo
indigenti ut de censi.cū apostolis & no.Host.de elect.ue
prætereire:sic & capellæ suo capiti si est iusta cā subueniē
di.nam ēt ille qui non ꝑcipit quartam fabricæ deputatā
ex quo portio fabricæ nō sufficit tenetur conferre ad tā
piū opus ut de his quæ fi.à maio.par.ca.c.ul.de ecc.ædi.
c.1.& 3.ubi de hoc.Et in talibus ualet consuetudo ut red
ditus beneficiorum uacantiū alteri ecclesiæ ex cā debeā
tur ad tēpus.ut de offi.ord.in præsēti.& in extraua.Io.su
scepisti.& facit quod no.ut ec.benefi.ut nostrum in fi.&
3 de rescrip.si ꝑ tua in glo.an legatus † Nam & libertus
subuenire debet patrono cum sibi superest & patrono de
est.ff.de lib.agno.l.si quis à liberis,§.de alimentis.& tan
tam habet cōionem plebs cū capella,quod ꝑ epalia iu
ra per plebē nō soluta possunt grauari post capellam ut
no.Arch.post Vic.de pręben.cum singula.li.6.& ꝗuis se
curius sit,ꝙ eps hoc faciat cum consensu Capituli ut no.
ut ec.bene.ut nostrū in gl.s allegata an legatus.tamen uř
quod in re tā modica sufficiat solus Eps.12.q.2.terrulas.
uā cum Eps sit administrator in cunctis.ut 10.q.1.per to-
4 tum.& bona ecclesiarum sint bona pauperum.16.q.1.ca.
5 ul.& pro pauperibus alendis,captiuis redimendis,& tē
plo Dei ædificando possint bona ecclesiæ uendi.& sacra
conflari.12.q.2.aurum.& eps necessitatem habētibus de-
beat bona ecclesiarum dispensare.ut 12.q.2.eps.& 12.q.
1.ex his omnibus.& c.seq.& cum alias de iure una por-
tio ecclesiasticorū bonorū sit deputata pro fabrica alia
pro pauperibus.12.q.2.quatuor uobis.& c.concesso.&
ideo præmissorum omniū consideratione habita credo
Episcopū hoc facere posse ut dř in cle.1.de irrepa.

¶Federicus in materia iurispatronatus.

S V M M AE.

1 *Filij vel filiæ ad hoc vt succedant in iure patronatus an
sit necesse quod hæredes instituantur.*
2 *Ius patronatus multis modis potest ad alium transire.*

QVAESTIO CCXXV.

SI opinio Ioan.no.16 quæst.1.constitutū ad quod cō
cordat quod ipse idē no.ea q.7.considerandū est ue
1 ra.s.quod†ad filios transit iuspatronatus,etiā si in-
stituantur hæredes tunc non est dubium quod filiæ
Toteli succedunt in dicto iure.Si aūt necesse est quod in-
stituantur hæredes ad hoc ut transeat iuspatronatus ad-
huc dico quod fiunt patronæ.Nam. ut patet in testamen-
to iure institutionis relictum est eis quicquid relictū est.
& si dicatur quod instituti in rebus certis habentur loco
legatariorum.ut C.de here.insti.l.quotiens.fateor ut nō
teneantur ad credita.sed non potest negari quin ut hære
des capiant ut no.de here.insti.l.ex officio.§.dicebā.imò
ſm quosdam possit rumpi testm̄ si nō relinqueretur iure
institutionis ſm no.de test.c.1.li.6.in nouella super glo.
quæ incipit nunquid quo.Sed dato quod nullo mō censeā
tur hæredes sed solum modo legatarij,adhuc uidetur qđ
2 sint patronæ.†Nam iuspatronatus trāsfertur in alium do
natione inter uiuos.& tunc requiritur auctoritas Epi-
scopi si fiat donatio priuatę personę. Item uenditione
uniuersitatis realis nō uerbalis hoc dico propter no.per
Inn.& Host.in c.ex literis de iurepat. Item permutatio
ne.Item successione.nec iura distinguunt an succedat uni
uersaliter an ꝑticulariter.nec cauet text.uel gl.qđ i hoc
requiratur auctoritas epi.Et nō ē dubiū,ꝙ ille, qui solum
iuspatronatus hēt a testatore dř hēre iuspatronatus ex suc
cessione.& si aliter diceretur sequeretur magna absurditas.

pone

auia materna erat alterius parochiæ, q̃ esset dictus puer,
quē puerū dicta tutrix ut melius eius tutelā tam circa personā,
q̃ circa bona administraret, retraxit ad domū suam
ipse puer cū ea, & in domo ipsius auiæ stetit & ibi habitauit
per tēpus 14. annorū, & in ipsa ecclesia sanctæ Mariæ
diuina officia audiendo, & ecclesiastica sacramenta recipiendo,
usq; ad mortē, & tēpore mortis, qui erat tunc cōstitutus
in ætate 18. annorum, & ante mortem suam, quia
uxorem acceperat pluries dixit q intendebat eam ducere
ad domum ipsius pueri præparauerat ligna, pro ipsa
domo aptanda, & ut ad ipsam rediret, in qua quidem domo
sua semper habuit partem massariarum suarum nihilominus
ecclesię parochiali in qua domum suam habebat
decimam soluit. ¶Addi.1. ¶De fructibus bonorum &
ibi etiam diuina officia audiuit, & etiam ibidē munera &
onera tanquā ipsius loci parochianus subiit, & ibi descriptus
cū aliis parochianis fuit, & se ibi & bona sua assignauit
officialis cōis Perusii, qui puer ueniens ad mortē condidit
testm̄, & in suo testamēto elegit sibi sepulturā apud
locū fratrum prædicatorum, & ipsis fratribus aliqua reli-
1 quit & decessit. Nunc quæritur † cui ecclesiæ debeatur cereus
factus pro honorando corpus eius qui cereus consueuit
dari ecclesiæ parochiali. An dictę ecclesiæ in qua
fuerat parochianus ipse puer, & cui earum ecclesiarū debeatur
quarta relictorum per eum fratribus prædicatorum,
an utriq;, & uidetur quod secunda ecclesia non debeat
habere hanc canonicam portionē sed solum prima,
quia præfatus puer semper permansit parochianus. ¶Addi.2.
Et de parochia primæ ecclesiæ, & hoc patet, quia eo
tpe quo accessit imo potius allectus & tractus fuit ad secundā
parochiam erat in tali ætate, in qua nullum habebat
intellectū, ut inst. de inuti. sti. §. pupillus, & p talē accessū
nō pōt dici habuisse animū cōstituendi ibi domici-
2 liū, quia † in constitutione domicilij requiritur animus &
factū ut. ff. ad mun. l. domiciliū, & sic cū animū itellectualē
nō hēt non potest dici domiciliū nouū cōstituisse, sed
nec per moram uel habitationē post annos discretionis
contractā; quia ibi ex certa causa ex qua accesserat stetit
sicut dr̄ de illo qui studiorū causa se transfert, q nō uidetur
ibi constituisse sibi domiciliū. ¶Addi.3. ¶Nisi per decēnium
ibi stetisset. Sed hic post discretionis annos non
habitauit per decennium, ergo nō præsumitur constituisse
ibi domicilium. ¶Additio.4. ut ff. de inte. l. 2. cū sua gl.
& l. 3. & 14. q. 1. §. quia ergo in gl. & hoc uerū &c. ¶Præterea
per prædicta patet, q nec primum relinquere uoluerit
domicilium, nec secundum sibi constituere, & per
actus exteriores apparet, q uolebat uxorē ducere ad domum
suam in prima parochia. ¶Addi.5. Et ibi morari, p
dictos actus in facto positos, ad quem animum in hoc cōsideratio
pręcipue habetur, ut d. l. domicilium, & eodem
titulo, eius qui §. Celsus, & in 3. gl. §. quia ergo. ¶Nō ob.
quod allegatur q talis portio debeatur ecclesię in qua diuina
audiebat officia, & recipiebat ecclesiastica sacramēta,
ut c. 1. de sepul. & eodem. ti. cum quis li. 6. cum si. quia
intelliguntur illa c. ubi audire & percipere debet sicut est
in ecclesia parochiali. ¶Addit. vi. ¶Nam in ea tenetur audire
quis diuina officia & recipere sacra. ec. & nec alius,
cuius parochianus non est, sibi debet ministrare, imo punitur
si hoc facit sine licētia ut 6. q. 3. c. 1. & 2. & extra de
parochi. c. nullus, & pęna nō debet alicui tribuere immunitatem,
nec unum, & idem factum debet esse causa pęnę
& præmij, ut. ff. de interdic. in rele. l. relegatorum. §. fi. &
ad hoc facit gl. Ioā. And. in d. c. cum quis. & hoc expressè
uidetur innuere litera in c. super cathedram in cle. & extra
de sepul. c. super quæ. c. uidentur innuere q de parochiali
ecclesia intelligatur. ¶Additio. 6.
¶Vnde cum hic esset parochianus dictæ ecclesiæ Sācti Siluestri
cum non esset parochianus ecclesiæ sanctæ Mariæ, &
in dicta ecclesia sancti Siluestri audiuit diuina officia, &
sacra pabula receperit. ¶Additio. 8. ¶Et audire & recipere
debuerit ibidem & cuncta tanquam ibi dem exercuerit,
& non alibi, merito dicta portio dictæ ecclesię sancti
Siluestri insolidum est danda.

¶In Christi nomine amen.

¶Viso supradicto themate, & allegationibus pro & contra
licet quæstio respectu rei de qua agitur parua sit, gratia
tñ Aduocatorum repeto scripta in contrariū. Et respondeo
parti cōtra quam tenebo qđ debeatur canonica portio
ecclesię sanctæ Marię uidetur per c. 1. de sepul. ibi illi
ecclesiæ. &c. & eo. tit. c. j. in pri in. li. 6. ibi non dimisse ecclesiæ,
& qđ not. Inn. de sta. mo. c. 1. & quia p habitationē
tanti tpis vr̄ domiciliū cōtraxisse. C. de incolis l. ciues &
no. p Arch de præ. præsenti. li. 6. ultra hoc facit eo. tit. certificari,
& c. in nostra, i quibus dicitur, q ecclesiis de quarū
parochia mortuorū corpore assumuntur, est danda canonica,
dr̄ enim quis trahi uel assumi de parochia nō originis,
sed de illa ubi realiter habitat & larē fouet, ut no.
de rescrip. statutum. §. 2. in gl. olim dicebamus li. 6. ad idē
facit eo. tit. c. 2. §. huiusmodi. in cle. ibi cum operàtio mercedis
exhibitio debeatur. Sed certum est quod si sacerdos
originis tempore mortis & ante per decem annos & ultra,
non ultra laborauit in isto, & ultima tempora & ultima
possessio sunt spectāda, de cau. pos. c. est ecclesia. C. ne
de sta. defunct. l. si mater. Et posito q domicilio originis
nō possit renunciari, tamen si alio se transtulit, ibi pōt ordinari,
ut not. 71. distin. priuatus, & ibi debet conueniri,
nō in domicilio originis, ut no. in l. domiciliū. ff. ad municip.
Item ad premissa facit quod not. Inn. de pę & re. omnis
super uerbo sacerdote, ex cuius gl. clare patet, q si
aliquis de una parochia ponat se pro mercenario famulo,
uel nutrice in alia parochia, etiam minus anno illi sacerdoti
debet confiteri, & personalia soluere, alleg. 25. q.
1. quæstiu. nam in loco in quo quis relegatur inuitus, gerens
in animo ad patriam redeundi, habet domicilium.
¶Additio xj. ¶Vt. ff. ad municip. l. eius in fi. ¶Pone igitur
q d' aliquis conduxerit domum pro uno anno in una parochia,
& ex nunc pro secundo anno in secūda, & ex nūc
pro tertio anno in tertia parochia, & dū est in prima parochia,
& in primo anno instruit domum secundę parochiæ
nunquid erit iste parachianus secundę antequam
sit translatus ad illam, absit 25. quæst. 2. si quis iam trans-
3 latus. Vnde sciendum est † quod ius sepulturæ & parochiale
interdū sunt idē, interdum diuersa, ut patet de sepultu.
e. si quis, & e. is qui. & c. licet mulieres li. 6. Quod
sunt diuersa, uerbi gratia soluto matri monio uxor redit
ad domū matris, in alia parochiali relicta uiri moritur,
non electa sepultura sepelietur in sepultura uiri, & tamē
ecclesia parochialis habebit canonicam. Vnde stante eodem
domicilio quo ad forū in eadem ciuitate potest quis
habere sepulturam maiorum in una ecclesia & in uno anno
potest habere plures parochias. Pone q quidam Perusinus
relicta domo originis optimè istructa & familia
conducit domum in alia parochia contrahens societatē
cū aliquo scholari. Vñ nō vr̄ dubitandū, q io domo cōductā
hēt domiciliū quo ad ius parochiale sufficit, cū q ubi

habitauerit dummodo nō ut uiatur.ad hoc de dā.infec. l.4.§. pretor.uersi.denunciari ad idem de elect. causam in cle.ibi habitare communiter.¶Preterea quo ad ius parochiale ꝙ spirituale est,minor censetur maior.de iudi. c.3.lib.6. Posito ergo ꝙ tempore pueritię in isto non sit conferendum,tamen tempore discretionis est considerādum in quo potest eligere sepulturam ut eo.ti.c.1.lib.6. unde & uotum,& professionem præcedentem, & inualidam ex aduentu pubertatis ratificaret.de reg.iur.significatum.& eo.tit.c.1.lib.6. Item pone ꝙ propter guerram recessit quis de ꝓprio, & se alibi collocauit & cessante guerra rediuit ad propria,certe durante tempore guerrę fuit parochianus ubi se tunc collocauit,de parochi.c.ul. & ibi not.Host.& Arch.post eum aiij.q.2.quia ergo.quia minori spacio constituitur domicilium. Contrarium tamen inouit Ioan.Ao.de sepul.c.is qui.li.6. in nouella.uidemus quidem experientia,ꝙ pater filios uxoratos interdum separat à se & ipsi conducunt domum in alienis parochiis & recipiunt certum quid à patre nomine alimentorum,ergo stante eodē domicilio quo ad forum, & manēte eodē sepulchro maiorum,habet filius à patre diuersam parochiam.Item non potest negari quin iste fuit interim de familia tutricis,cum apud illam interim debeat educari, & posset eū offerre religioni in minori ętate ut not.Inn.& Host.de reg.c. 2. Et in isto dubio ista pars mihi placet & uera uidetur.Et ita cōsulo ego Federicus de Senis minimus decretorū doctor.Ad contrarium respondebo apostillando.¶Sequūtur apostillæ infrascriptæ, & primo super uerbo decimam soluit. ¶Additio prima.

¶Solutio decime reale mihi facit ad ius parochiale,ꝗa tales debent solui illi ecclesię in cuius parochia sunt sita ꝓdia,personales & mortuaria illi ecclesiæ ubi degit,& audit diuina & percipit sacramēta,uel per eum stat quo minus accipiat,ut le.& not.de paro. c.ult.& de deci.ad apostolicæ 16.q.1.quæsti.& sic de sequentibus.Federicus.

¶Quia præfatas.¶Additio secunda.¶Posito quod ista ratio concluderet ꝙ tempore minoris ętatis, non tamē ꝓ tempore pubertatis. Itē uec semper uera.Pone quòd mater habens filium paruulū,uel frater, de relicta antiqua & originali parochia, conducunt domum in alia parochia,nunquid erunt parochiani nouæ ecclesię cum famulis suis,utiq;,ut infra dicetur.¶Fe.Domiciliū. ¶Addi.4. Nisi,& tamen scholaris dicitur parochianus illius ecclesiæ ubi habitat, & tenetur dare decimas personales,ut no. Io.de Pe.di.6.placuit,ubi ergo dabit portionem canonicam cum utrobique eadē sit ratio. Federicus. ¶Domicilium.¶Addi.4. Vt sic stante eodem domicilio poterit eē parochianus plurium ecclesiarum, ut infra dicetur.Federicus.In prima parochia.¶Additio.5.Præsupposito quod adueniente puberi ætate fuerit firmatum ius parochiale in parochia sanctę Mariæ solus animus redeundi ad parochiā originalē,non sufficit,nisi fiat translatio 21. q.2. Si quis de præben.de mulra,& de elec.c. cum in cunctis. Fe.¶In ecclesia ¶Addi.6.parochiali,hoc est uerum in parochia in qua habitat,ibi enim tenetur audire diuina officia,& dare decimas personales,ut habetur in d.c.cū qs & de parochiis c.fi.& per hoc tollitur quod infra allegatur,quod talis non est parochianus primę ecclesię.Federicus.¶De parochiali ¶Addi.7. Ista iura intelligunt istā ecclesiam parochialē ubi quis habitat, & ubi percipit sacramenta,quod patet,dum ibi dicitur ad fin.§.huiusmodi,uersic.uerum nē parochiales ecclesię, & ipsarum curati,qui ministrare habēt ecclesiastica sacramenta,& ibi sic operariis mercedis exhibitio debeat & c.ac ecclesia sanctæ Mariæ fuit illa.Federi.¶Sacra pabula. ¶Additio.viij. ¶Non ponitur in puncto quicquam de sacramentis,& audiuisse aliqñ diuina officia,sine reali habitatione nō ꝓficit,sed accusat.Fede.¶Redeūdi.¶Addi.ia.¶Pro & cōtra facit quod no.Io.An.de sepul.is qui.li.6. ¶Federicus.

SVMMAE.

1 *Puer translatus de una parochia ad aliam si eo translato moriatur cui parochiæ sepultura vel funus competat.*

2 *Ecclesia parochialis vel proprius sacerdos quomodo dicantur.*

3 *Incola & parochianus idem.*

4 *Sacerdos proprius quibus casibus confiteri non teneatur.*

5 *Domicilium ad hoc ut incola dicatur parochialis : debet esse reale.*

6 *Argumentum de iure parochiæ ad ius incolatus ān procedat.*

7 *Peregrinus decedens intestatus sepelitur in parochia ubi moritur.*

QVAESTIO CCLIIII.

1 Quæstio subsequens uicina est præcedenti.Nā † quidam puer de parochia sancti Christophori. Sen. translatus fuit ad ecclesiā sancti Ioānis de Senis, & ibi habitabat cū matre & mortuus est in tenera ætate quæritur de sepltura sua,& funeralib. sepulturę.

¶Dominus Conradus allegauit pro prima parochia.

¶Dominus Federicus pro secunda.¶Ad allegationes factas contra allegationes domini Iacobi.¶Addi.1.quantumcū que subtilis nō esset necessaria responsio aliqua, quia satis ex ipsis eisdem patet, quod sunt mendicata suffragia, & non cōcludunt ueritatem,nam qui ueritatem dicit nō laborat,sed cū magno labore & languore trahuntur argumenta,quę inducuntur pro oppositione ueritatis domini Iacobi,& ex ipsis suis eisdem allegationibus,cōuincitur aduersarius domini Iacobi. Verumtamē ut aliquid
2 dicam hæc pono pro fundamento. ¶Addi.2. quod † ecclesia parochialis , proprius sacerdos est ubi quis habet domicilium originis uel alius reale,& sic intelligitur extra de pœ.& re.c.omnis utriusq;, & de sepul.c.cum super quorumdam,& in nostra,& c.ult. ut expressè dicitur,& aperte colligitur,extra de sepul.c.is qui li.6.Et paria sūt
3 hæc.† ut quis sit incola in loco,& parochianus in parochia alicuius ecclesiæ.Nam utrunque constituitur & sit per domicilium ut dictum est,& ff.ad municip.l.incola. sed licet parochianus sit quis, ubi originē propriam uel paternam subantiam, licet ibi domicilium non habeat, cum patet ibi sit ciuis uel municeps ,& cū in pluribus locis quis domicilium habere ualeat,ut.ff.ad municip.l.assumptio. §. iuribus prudētibus.& l. Labeo. in fi. & extra de rescrip.c.dilectus.Cum quis parochianus est plurium ecclesiarū quod pot est esse,utique debetur canonica portio diuidenda inter eas, ut extra de sepul.c.cum quis.§.j. lib.6.Sed in casu nostro infans defunctus domiciliū originis & de facto seu re ipsa. Addit.4. Habeat apud sanctum Christophorum & maiores etiam sui excepto patre ibi consueuerūt sepeliri,uel forte pater & plures alij maiores ad sanctum Franciscum ita quod in ecclesia sancti Christophori erat & est eius parochialis & rector ipsius ecclesiæ proprius. ¶Additio.4. Est sacerdos tam ex domicilio patri,quā sui,& sacerdoti sancti Christophori tanquam proprio si fuisset ætatis discretionis,seu dolis capax habebat necesse cōfiteri semel i anno ut d.c.utriusque.¶Additio 5.† Nisi in quinque casibus secundum Gof
4 fre.in summa. Primus quādo fuisset indiscretus ille sacerdos.¶Addit.vj.ut de pę.distin.6 . Secundus cum alienus parochianus pubes transisset in alienam parochiā . ¶Additio.vij.puta sancti Ioannis trasferendo domiciliū,uel ibi dolinquendo,quia ibi confiteri debet,sicut in foro cōuentionali dicimus, ut.ff. de iudi.l.hæres absens.& extra de fo-

de foro cõpe.c.fi.de foro pœnitẽtiali nor.cõtra.16.q.1.
c.1.Tertius cũ quibus uagabũdus existat.Quartus cũ quis
semper dico doli capax.ut habeat animũ de relicto domi
cilio proprio uagari,& ille nõ hẽt propriũ sacerdotẽ,uel
iter facit quærẽs quo se cõferat, q sine domicilio est. ut
ff.ad muni.l.Labeo in princ.& l. eius. §. Celsus. Quintus
quãdo ut supra dixi alienus parochianus peccat. ¶Addi-
tio.viij.In aliena parochia quia quo ad illud peccatũ est
de parochia illius sacerdotalis, & cõtrahit forũ illud. ut
no.6.q.4.placuit. Sed nec aliquis dictorũ casuũ põt habe
re locũ in puero.de quo quæritur infante.nec de cõfessio
ne tractamus,sed de iure funerario, propter parochiã. ut
ibi deberet sepeliri, sed alibi nõ haberet debitã sepultu-
rã.propter maiores uel propter electionẽ,& in parochia
sancti Ioã.nẽ domiciliũ habeat cũ illud nõ possit trãsfer
ri siue cõstitui ab infante,& in fi.nisi peruenirit ad annos
discretionis,ut in c.nostra,& in c.licet præall. ¶Additio
viij.Et optimẽ de pœ.& re.c.omnia. in prin. imò melius
nisi peruenerit ad illam ætatẽ in qua potuerit testari scili
cet.14.annorũ,ut.ff.de test.l.qua ætate.& d.c.licet x̄ de se
pul.lib.vj. Vnde hoc tenendũ est pro certo qđ.dictus in-
fans domiciliũ retinebat suæ & paternæ originis, quod
mutare nequit & aliud nõ cõstituit donec ætatẽ habuis-
set constituẽdi sibi illud,ut.ff.ad muni.l.placet. & l.seq.
nec sequitur quis domiciliũ matris si est legitimus,sed e-
ius qui istũ patrẽ nõ habet, propria origo a matre est, eo
que die quo ex ea est muneratur ut d. c. licet eius,qui iu-
stũ,ipse ergo solus animo nõ põt sibi cõstituere domici-
liũ,quo efficiatur incola.ut parochianus nõ alius.ut d.l.
nõ utique.& l.nihil ad municip.& de capti. & postli.re.
in fi.licet in facto opus sit ut l. domiciliũ. ff. ad municip.
alioquin est parochianus ecclesiæ originis prædictæ,ubi
& aliàs domiciliũ habebat. ¶Sed exẽplũ de uxore super-
uiuẽte uiro facit ad ꝓpositũ, primo quia illa maior erat,
quæ potuit trãferre domiciliũ,& constituere,sed infans
nõ ut dictũ est.¶Præterea nec credo illud uerum nisi i il-
la parochia sancti Ioannis haberet originem uel domici
lium animo non discedendi in perpetuum.C,de incolis.
l.ciues.¶Additio.x.¶Idẽ dico de tertio exemplo & quar
to de.c.rescriptum.& ibi not.¶Additio.xj.Quinimo om-
nia illa legata faciunt pro domino Iacobo.& Pro eccle-
sia sancti Christophori usque ibi.Sed diceret aliquis &c.
sic abinde infra dico, quod dictus ĩfans habebat & seque
batur domicilium paternum & suum filiumfami. habi-
tantem & larem habentem,ut in dicta l.ciues.& ff. de le-
gationibus.l.filio & maxime in tali filio infante.ut.C,de
oneribus & muneribus non con.l.j.§. infante uero. Nec
cautum reperitur iure, quod animus matris constituat
domicilium filio infanti. Præterea nec pater. ¶Additio.
xij.¶Potest filiof. constituere domicilium extra originẽ,
nec filius sequetur tale domicilium sed oportet eum sibi
ipsi.¶Additio.xiij.¶Constituere domicilium.ut.ff.ad mu
nici.l.utique.¶Præterea nec mater habuit annimum con
stituendi filio prædicto domicilium in parochia sancti
Ioannis,& sic quod domicilium mutaret uel transferret,
nec habitatio quam faciebat cum matre etiam si habuis-
set ætatem legitimam 14. annorum inducebat constitu-
tionem domicilij.ut.C.de incolis.l.2.& 3.sed si domici-
lium constituisset ei mater,amisisset aliud domiciliũ pri-
mũ,q habebat in parochia sancti Christophori. ut C. de
incolis.l.j.& ff. ad munici.l.domicilium ergo sine facto
& animo filij auelleretur ei & transferretur quod suum
erat,quod est contra.l.id quod nostrum.ff.de re.iur. Nec
est uerum q mater esset tutrix, quia & si iura permittant
matrem subire tutelam filiorum non tamen cogitur. C.
quando mu.tu.offi.fun.po.autem, matri & auiæ. ¶Præte-
rea nec si fuisset tutrix sequitur pupillus domicilium tu-
tricis,imo retinet suũ,ut dict. l.2.& 3.C.de incolis.¶Præ
terea nec dicta mater habet domicilium in parochia san-
cti Ioannis uel est de parochia eius in qua habitat. ¶Ad-
ditio.xiiij.ad præsens per aliquod tẽpus in domo sororis
suæ, ut supra dictũ est. Itẽ nec erat peregrinus dictus in-
fans:ut locũ hẽant i penul.parte allegata.Sed Senẽsis erat
notabilis & famosus in quo nõ est difficultas talis sicut ĩ
peregrino reducẽdo ad suã parochiã.¶Sequũtur apostil.
& primo super uerbo Iacobi. ¶Addi.j. ¶Cum maiori la-
bore conatur incipiẽs respõdere allegationibus factis cõ
tra dominũ Iacobũ,quã ille,qui cõtra dominũ Iacobũ al
legabit Federi.¶Pro fundamẽto. ¶Addi.ij. ¶Super falso
5 fundamẽto nõ recte ædificatur,nã si oriũdus Senis trãs-
ferat domicilium Florẽtiæ,ubi se collocet,sola ecclesia
Florẽ.erit sua ecclesia parochialis, & nõ ecclesia origi-
naria,ita q sola ratio domicilij realis cõsideretur, ubi si
quis audit diuina &c.ut patet de sepul.c,j.ibi socij passio
num,& ca.de his ibi salutis pabula. & capi.certificari.&
c.in nostra.ubi dicitur, q ecclesiis de quarum parochijs
mortuorũ corpora assumuntur dẽt dari canonicaportio.
Dicitur.n. quis trahi uel assumi ubi realiter habitat, &
optime facit quod not. de rescrip.statutũ in gl.olim dice
bamus in fine.& quod ibi not.Archi.post Goff.super uer
bo actor & reus,ad idẽ de sepu.cũ quis 1.respõso.li.vj.&
co.ti.c.ij.uersi.huiusmodi ibi cũ operario mercedis exhi
bitio &c.Sed certũ est q sacerdos originis nõ laborauit
in isto.Itẽ dicit lex q ibi habet qs domiciliũ ubi realiter
inhæret.ff.ad muni.l.municipes. §. miles. Et licet quo ad
honores dicatur quis retinere domiciliũ originis,tamen
ibi nõ poterit cõueniri,si alibi habet domiciliũ reale,ut
no.co.titu.l.domiciliũ,& ad hoc facit quod no.Hosti.de
parochijs,§.quis intelligatur parochianus,in prin.Fede
ricus.¶Seu reale.¶Addi.iij.¶Nõ est uerũ q reale habuit ĩ
parochia sancti Christophori. Sed i parochia sancti Ioã.
& sic positũ fuit i themate Federi.¶Proprius est.Addi.4.
¶Pluries dictũ est q per se est ius sepulturæ,& p se ius ca
nonicæ portionis.& est casus de sepul.c.ij.j.respon.li.6.
Fed.¶Omnis utriusque.¶Addi.v.¶Ista decre. dicit ꝓprio
sacerdoti,sed non declarat quis dicatur proprius sacer-
dos,& de hoc uertitur altercatio Federi.¶Indiscretus il
le.¶Addi.vj.¶In isto casu remanet parochianus primi sa
cerdotis,& si decedit illi debetur canonicas.Fe.¶Pubes.
¶Additio.7.¶Hic nõ fallit regula cũ proprius desinat es-
se ille primus.ex quo alibi transtulit domiciliũ Federic.
¶Peccat.Addi.8.¶Licet iste ratione delicti, quo ad forũ
cõuictionis cẽseatur de illo ubi deliquit, nõ tamẽ muta-
uit parochiã,& debet cõfiteri proprio sacerdoti & nõ il-
li,ubi deliquit.ut not.16.q.c.1.secũdũ correctionẽ archi.
Federi.¶Et.c.licet.¶Additio.ix. ¶Ista iura nõ tractant de
casu nostro ponamus istũ casum, pater aliunde natus ha
bitabat in parochia sancti Christophori decessit relicta
uxore prægnante in uilla, & in uilla peperit,& audiens
mortem mariti ad domum patris uel propriam cum in-
fante rediit,& tãquam tutrix uendidit solenniter omnia
quæ maritus habuit in parochia sancti Christofori. & in
fans cum matre stetit per plures annos,quæ est parochia
illius,cum iste non habeat discretionem.Et cum secundũ
te mater nil operetur ad sepulturam.Item mater in paro
chia sancti Christophori uulgo conceptum peperit,dein
de ad paucos dies transtulit domicilium & puerum secũ
duxit, quem secum in isto secundo domicilio retinuit p
8.annos & mortuus est, quis sepeliet eum cum iste non
potest ostendere patrem.Item non habet animum uel di
scretionem, & certum est quod in parochia sancti Chri-
stophori non habet domiciliũ. Sed non potest negari q n
realiter habitauerit in parochia sancti Ioannis, & q n sit
de familia matris.Ad hoc facit decretalis in nostra i fin.
de sepulturis.Illa enim decretalis uocat ecclesiam paro
chialem illam,de cuius parochia corpus assumitur, siue
adulti,siue infantes sint,illi,qui assumuntur.Federi.L. et
6 ii.s. ¶Additio. x. †Non est arguendum de iure parochiæ

adius

ad ius incolatus,nã existẽs quis incola,in eodẽ anno pôt
qs esse parochianus pluriũ ecclesiarum,nec requiritur ꝙ
quis habeat animũ in perpetuũ stãdi,uerbi gratia. Quidã
de parochia sancti Ioãnis cõduxit domũ pro anno sequẽ
ti in parochia sancti Petri, & pro secũdo anno in alia pa
rochia,ita qđ animus eius morãdi solũ est ad annũ,nun-
quid ergò iste erit parochianus illius licet nõ itẽ dat esse
ultra annũ.Quis dubitat,ex quo in cõtrariũ larẽ fouet da
to ꝙ nõ habeat bona sua.Itẽ quid si aliquis propter guer
rã fugit de parochia ad parochiã, & ibi se trãstulit cũ re-
bus animo reuertẽdi ad primã cessante guerra.Nũquid in
terim est parochianus illius secũdæ parochiæ. Vtique cũ
uerò redierit ad primã desinit esse parochianus secũdæ,
& iste est casus,de parochi.c.ul.& facit:de elect.causam,
uersi.si uerò habitare ibi cõmuniter cõsueuit.& ibi gl. in
cle.Fede.¶Et de ibi no.¶Addi.xj.¶An finis illius gl.quæ
incipit olim dicebamus faciat pro eo , uel cõtra uos iste
cõspicite cũ illa gl.dicat i dubio debere intelligi de dioe
cesi in qua de facto habitat.Feder. ¶Præterea ne pater.
¶Add.xij.¶In istis spiritualib.parũ , imò nihil operatur
patria potestas exẽplũ i matrimoniis,de iudiciis.c.3 .lib.
6.Pone filiusfa.fugit à patre in aliã parochiã, & ibi facit
suã artẽ,forte duxit uxorẽ,uel posuit se pro famulo alicu
ius d.Episcopus Señ. habet multos domicellos de alienis
parochiis.Interim cuius parochiæ sunt. Federi. ¶Cũ sibi
spsi.¶Addi.xiij. ¶Satis est dictum supra ꝙ solũ domiciliũ
originis sine reali domicilio nõ sufficit ad hoc ut quis sic
parochianus . Sed pone mater uel tutor obtulerũt puerũ
Senen.in quodam monasterio Floren. quod possunt. 20.
q.2.c.1.& 5.& de regula. c. 2. & ibi moratur , & educa-
tur,& diuinis istruitur interim,erit ne de parochia Senẽ.
uel illa ubi est monasterium,Cum enim ad officium ma-
tris pertineat siuè sit tutrix,siuè non,habere curam filio-
rum , maximè patre mortuo , & maximè infantium quis
potest negare,quod sit de familia matris dum est cum ma
tre,& ad ecclesiam uadit tum ea,& missas puerorum au-
dit & illa percipit quę percipere potest.Federi. ¶Quę ha
bitet.¶Addi.xiiij.¶Quo ad eius parochiale non curamus
de domicilio ubi cuius sit sed de habitatione solum.qui-
dam Florentinus dimissis Florentię uxore & familia, ue
nit Senen.nec ꝑꝑ hoc sit ciuis,ponit se cum aliquo domi
no,& bis uel ter in anno uisitat Florentiam,& familiam
suam moratur Senis , quę est sua parochia , certè Senen.
ratione habitationis,& tamen non perdidit domicilium
Florentinum.Federi.¶Iura allegata pro parte domini Ia
cobi non sunt contraria intentioni plebanis sancti Ioan
nis Sed adinuicem compatiuntur. Nam quod in ecclesia
sancti Cristophori fuerit sepulchrũ illius infantis , & ꝙ
canonica portio detur ecclesiæ sancti Ioannis ista non
sunt contraria,& iura allegata per domi.Iaco.concludũt
de sepultura non tamen excludunt ius parochiale,uerbi
gratia.Martinus habet domicilium reale in parochia san
cti Io . & sepulcrum suorum maiorum , est , apud Prędi-
catores, si iste decedat sepultura nõ electa Prædicatores
habebunt corpus & ecclesia sancti Ioannis canonicã fu-
neralium.ergò patet quod ius funerandi,& ius parochia
le sunt diuersa licet interdum possint concurrere.ut pu-
ta quando in ecclesia parochiali est sepulchrum maiorũ.
Item exemplum uidua ibi dicitur habere domicilium ubi
maritus habuit de sepul.c.1.li. 6. Sed pone quod maritus
habuit domicilium originis & habitationis in parochia
sancti Christophori,& ibi sepultus est,ipsa uerò soluta a
lege uiri habitat i parochia sancti Ioãnis,decedit intesta
ta,sepelietur in sepulchro uiri , & ecclesia sancti Ioãnis
quæ fuit socia possessionum tempore mortis habebit ca-
nonicam.Item dicitur in iure quod domicilium originis
propriè uel paternæ non potest mutari , ut.ff.ad munici.
l.assumptio. j. & ij. respon. Sed pone ꝙ maritus & pater
eius fuerũt nati i parochia sãcti Christophori.sed dictus
Martinus postea translatus ad parochiam sancti Ioannis
decedit intestatus,in sepulchro sepelletur sancti Christo
fori,& ecclesia sancti Ioannis habebit canonicam , ergo
bene sunt diuerse ius parochiæ & ius sepulturæ.¶Sed di
ceret aliquis quando diceret quis esse de parochia san-
cti Io.Respondeo qñ ibi de facto habitat animo manẽdi
ita ꝙ uerè sit translatus non iuris fictione , sed uerè sine
percipit diuina , siue nõ 21.q.2. si quis iã translatus. 18.
q.1.c.uno.& ibi gl.& de supul.c.2.2.respon.lib. 6. ibi se
æqualiter collocans,in utroque animo manendi ideo di
xi ut excludatur,quod habetur de sepul. c. antepe. 1. re-
spon.lib.6.Non iuris fictione,ideo dixi ut excludatur do
micilium iuris , puta paternum originis uel præsumptũ
puta beneficij . Nam si pater meus & ego oriundi sumus
de Florentia & ibi habebam beneficium , tamen re uera
& cum effectu , & continuè habitaui Senis , in parochia
sancti Ioan.non uidetur dubium ꝙ ecclesia sancti Ioan.
est ecclesia parochialis mea,sic est uidere,in c.statutum,
de rescrip.li.6.ubi not.in gl.Olim dicebamus ꝙ proprie
dicitur habitare,ubi quis reale habet domicilium licet i
iustum hoc dico,ideo quia si.Señ.habet ecclesiam Peru-
sij,& tamen Senis continuè habitat , ecclesia suę habita
tionis erit ecclesia parochialis,licet malèfecerit,ꝗresidẽ
tiam nõ fecit in sua ecclesia & pro tãto dicit.c.3 .de tẽp.
or.ꝙ episcopus beneficij & domicilij &c.dans intellige
re ꝙ potest quis habere domicilium alibi ꝗ̃ in suo benefi
cio,pro quo facit quod uo.archi.post Goffre.de rescrip.
statutum.§.cum uero,super uerbo actor : & reus in prin.
lib.6.Et alibi dicit Inno.debet quis citari ubi reuera de-
git non ubi habet beneficiũ,hoc no.de eo qui mit.i pos.
c.ulti.in gl.ulti.in princ.Siue audierit diuina officia siue
non.hoc ideo dixi,quia si parochianus non uisitat eccle
siam suam sicut deberet uel à modico tempore citra,ue-
nit in illam parochiam,uel forte morte pręuẽtus est,ita
quod Rector parochialis ecclesię nullũ laborẽ uel pas-
sionẽ habuerit de eo,uel forte sunt infantes,qui sunt in-
capaces diuinorum,uel sacramenentorum nihilominus ec
clesiæ parochialis debet habere canonicam portionẽ de
sepul.in nostra,in si. Et sufficit quod per Rectorem non
steterit,quod ministrauerit ecclesiastica sacramenta, un
de sibi imputari non debet.Sed diceret aliquis infan tes
non habent animum habitandi,& per consequens opor
tet ꝙ ex persona alterius habeant domicilium,& per cõ
sequens potior est persona patris quam matris ut de cõ
uer.infide.c.5. Respondeo ex persona patris non potest
consequi domicilium reale,cum pater non sit in rerũ na
tura.Sed cum de iure mater sit tutrix,& apud eam educa-
ri & commorari debeat pupillus,ut.C.ubi pupil. edu. de
l.1.& de facto moretur,& educetur à matre, ex persona
matris & mora,& habitatione, est de illa parochia , ubi
est mater,& oẽs habitantes cũ matre,puta pedissequa,&
mercenaria,oia ista sunt de familia matris ut in l.pronũ
ciatio.ff.de uerb.sign.ad idem de sen. excom.si non ad si.
& infra de uerbo.signi.c.ulti.lib.6.Et non potest negare
5 quod si quis dicatur peregrinus,& domicilium habẽs † &
decedat intestatus sepelitur apud ecclesiã in cuius paro-
chia mortuus est,ut no.per Archi. post Hug. & Rayu. de
sepul.c.1.lib.6 . Itẽ pone quod quædam mulier expositũ
in itinere recolligat,& nutriat iste puer cũ nõ habeat di
scretionẽ ubi hẽt domiciliũ . Quis dubitat qđ tum ex ha-
bitatione,tũ quia de familia est illius dominæ erit de pa
rochia de qua domina est,item cuius Senen . puerum na-
tum immediatè misit longe ad nutriendum apud alium,
nam moritur quæ est sua ecclesia parochialis.De hoc po
test dubitari quia mittitur,ut sit ibi ad tps,sed in casu no
stro mater tenebat filiũ suũ alio modo, quam alumna &
sufficit ꝙ habitatio possit esse perpetua,facit quòd no.de
rescrip.c.ul.lib.6 .in gl.3 .

¶Federicus allegans de Perusio.

SVMMAE

1 *Infames & periuri non merentur ecclesias regere.*
2 *Infamia,quibus actibus incurratur,et qualiter probetur.*
3 *Crimen an sit per instrumentum probabile.*

QVAESTIO CCLV.

DOmine Alexander rogo ut aliquid rescribatis sup
infrascriptis aliquo studio præcedenti. Certú est
2 ꝙ † infames & periuri non merentur ecclesias
regere de iureiuran.querelã. Ecce petitur rector
ecclesiæ remoueri, qa periurus & infamis, ad ꝙ probádú
inducútur acta & sététia uetilata in causa depositi, in qua
iste c?nétus respódés positioni dixit se nó credere, quod
actor deposuerit ibi ré petitá, tandé ꝑ instrumentum fuit
conuictus, & demum condemnatus quę sententia trásit
in rem iudicatam. Non uidetur mihi dubium ꝙ infamia
sit probata, nam cum ratione infamiæ petitur remotio,
quid refert an illa infamia descenderit ea causa crimina-
li uel ciuili, sufficit qđ sit infamis, hanc enim infamia uel
notam ea culpa sua incurrit. Quid enim curandum est.
2 † an illa culpa acciderit in causa criminali uel ciuili. ad
qđ uideatis de testibus testimoniú. & per Inno. de accusa.
qualiter ij. in ult. colum. ¶Sed magnum est dubium an sit
probatum periurium. Ea glo. hic posita de iudi. atsi. in
gl. ij. uer. sed clericum. innuitur qđ nó possit puniri, quia
ad hoc non fuit actum, & quia super periurio se non de
fendebat, ad qđ facit ꝙ no. Inno. de fideius. peruenit in fi.
& quia res inter alios acta &c. Potest etiam uideri per In
nocen. de electionibus per inquisitioné. & facit quæstio
disputata qua quæritur an per instrumenta probetur cri
men de qua tangitur per Archidiaconum ij. q. vij. plerí-
que in mercu. de regu iur. c. qui semel malus. lib. 6. ¶Item
sicut dicebatur potuit hodie non credere, quia forte non
habebat in memoria. ¶Sed contra de iureiuran. c. ulti. li.
6. ubi ex contraria responsione cóuincitur quis de periu
rio nedum in hoc beneficio obtinendo sed in obtento ꝑ
dendo. ut ibi no. ¶Item non uidetur differentia in proba-
do infamiam & probando periurium. Si uolo tenere pri
mam partem scilicet qđ non probetur periurium. reddo
rationem diuersitatis inter infamiam & periurium, quia
infamia nascitur præter propositum, & ea consequenti
& intelligitur a iure ipso facto senténtia lata super crimi
ne uel actione depositi. Sed hæc sententia non operatur
ad commissionem periurii, nec nascitur ea cósequentia,
immo principaliter & directè si nascitur natura dici de-
bet. Item periurium facto respondentis nascitur infamia
ex facto iudicis. i. ex sententia iuris hoc statuentis. Item
decre. ultima de iureiuran. non obst. Nam ibi periurium
probatur per acta uel instrumenta confecta uolente &
mãdante periurio, puta ea positionibus & responsionib.
contrariis factis ab eodem in quo casu bene probatur cri
men per instrumentum. Sed in casu nostro periurium
probatur si probatum dicitur ex responsione, & instru-
mento per parté aduersam producto. Sed uidetur quòd
ex instrumento, & confessione probetur crimen ut si op-
pono periurium hoc modo iurasti soluere, & non solui-
sti, probando enim promissionem iuratam per instrumé
tum & per cófessioné promittentis, quòd nó soluit uide
tur probari periurium, ut no. Innoc. de accu. super his in
secunda columna. uersi. sed quid dices. Posset dici quod
ibi non opponitur periurium ut quis puniatur, sed ut nó
ꝓmoueatur ubi sufficit leuior probatio. Licet olim istud
instrumentum fuerit confectum de uoluntate debitoris.
Ité in ca. ult. de iureiuran. ex confessione redditur crimé
notorium. Sed ex responsione non credentis & instrumé
to non redditur crimen periurii notorium. Item sététia
subsecuta non facit crimé notorium, quia non super cri
mine, sed super deposito restituendo fertur. Pro Deo ali-
quid rescribatis hac nocte ut ipsa responsione uestra pos
sem cócludere in qn çstione. Mitto uobis quæstioné quá
disputauit Io. An. An crimé probet per instrumétum. Re
sponsionem quam dabitis placeat scribere hic.

¶Responsio do. Alexandri.

¶Crederem quod responsio sua fuisset super facto utrú
hoc fuisset uel non, quod periuriú fuisset probatum, cum
tam instrumentum depositi, quàm instrumentum nega-
tionis, fuisset sua uoluntate factum, iuxta solutionem do
mini Ioan. Andr. sed quia non factum sed credulitas fuit
incognita, quia de credulitate respondit uidetur ratio. ꝓ
bari per hoc periurium, quia ut dicitur possum non cre-
dere illud quod uerum est, & non deiero, sic responden-
do, & hoc satis probatur in corpore. auth. de trien. & se-
mis. §. illud ibi abnegauerit per hoc non fuisse &c. ibi po
sita. & de leg. cor. c. fi. colum. x. in gl. ibi posita, quæ dicit
aliud esse si dicat se ignorare, uel scire, & tunc nisi probe
tur, quòd sciat tamen non incurrit pęná licet contrariú
appareat in facto concor. si de feu. controuen. fu. c. uasal-
lus feudum. Nam si aliquis dubitat potest respondere nó
credo hoc esse, quia non sequitur ergo credo contrariú.
ut not. gloss. de iura. cal. l. à. ¶Adde quod no. in Specu. de
positione. §. 6. uer. quid si interrogatus. & uer. se. Et crede
rem quòd ad c. ult. de iureiu. posset rńderi dupliciter, tń
quia constat per acta in eadem causa, facta, quia ibi est
spiritualis uel respondetur de ueritate.

¶Consilium Federici de Senis.

SVMMAE.

1 *Stante statuto quod qui commiserit maleficium in vigi-*
lia talis festiuitatis & c. pro quanto tempore intelliga-
tur uigilia.
2 *Vigilia alicuius festi dicitur continuari usque ad mediam*
noctem ipsum festum præcedentem.

QVAESTIO CCLVI.

1 FActum tale est. Statuto cauetur. † quod si aliquis có-
miserit aliquod maleficium in uigilia beatæ Ma-
riæ uirginis quæ est de mense Augusti uel in ipso
festo puniatur duplici pœna, qua deberet puniri si
aliis diebus committeret maleficium supradictú. Et ꝙ
habita publica uoce & fama procedatur ad torméta pro
inueniédo maleficii ueritaté. Modo qdã accusatur quòd
de anno proximo pręterito de mése Augusti in festo bea
tæ Mariæ uirginis, quod est de dicto mése noctis tépore
ualet post pulsationé cápanæ, quæ pulsatur de sero, & an
te pulsationé cápanę quæ pulsatur de mane, cómisit cer-
ta maleficia cótra qué accusatú, est probata fama, quę fa
ma aliàs nó sufficeret, nisi festú fuisset ſm formá dicti sta
tuti. ¶Ex quibus q̄ritur cú proponatur quòd dicta malefi
cia fuerunt cómissa noctis tépore. An sufficiat probatio
dictæ famæ. Et puniri debeat duplici pœna secúdum for-
mam statuti cum dicatur & allegatur ꝙ dicto tempore
noctis festum non durabat. Et utrum dicta nox quæ se-
quitur dictum festum comprehédatur sub dictis uerbis,
uel in ipso festo in dicto statuto contentis uel non.

¶In Christi nomine.

¶Primum ad secundum dubium eandem difficultatem
uidentur habere ualet utrum dicta nox, & quælibet ip-
sius hora comprehendatur sub dictis uerbis uel in ipso
festo, secundum hoc tertium dubium includitur sub præ
missis. Sed de hoc non est uis an duo uel tria sunt dubia.
Et excludendo casum non dubium dicendum est indubi
2 tanter quòd † media pars noctis uersus dié sequenté non
attribuitur festo pręcedenti, sine diei festi pręcedentis.

ff. de

ff.de fer.l.more sed attribuitur diei sequenti. Posito ergo sine preiudicio ueritatis, quod attribuitur ipsi festo dimidia pars noctis continuatę ipsi festo, tamen in casu nostro cum non constat de hora noctis accipimus illam partem noctis quæ minorem & benigniorem condemnationem inducit, ut interpretemur de hora partis noctis uersus diem uenientis, & per consequens sequitur quod probatio famæ non sufficit, & quod illud maleficium commissum illa nocte non declarata hora non ueniat puniendũ duplici pœna ad hoc facit quia in pęnis benignior interpretatio est facienda. ff.de suspec.tu.l.hoc enim de pœnis si præses & de re iudi.in pœnis lib.6. Item in obscuris sequitur quod est minimum c.in obscuris.eo.ti.& lib. Item quando ius commune, & priuilegium concurrunt semper in dubio fit interpretatio pro iure communi, ad hoc de consti.e.cum dilectus.& optimè facit quod no.Inno, de or.cog.c.2.in uerbo iustitiam. Host.de maio.& obed, per tuas. Sed posito pro constanti quod maleficium sit uel dicatur commissum circa mediam noctem. Adhuc dico quod non est nec intelligitur commissum circa mediam noctẽ adhuc dico quod non est intelligitur commissum in ipso festo, ut clarius dicam, dico quod dicta nox sequens festũ non comprehenditur sub dictis uerbis uel in ipso festo, Nam aut istud statutum fuit factum ob reuerentiam & solemnitatem festi, aut non. Si ob reuerentiam festi hoc fuit statutum tũc dico quod cum festiuitas uel solemnitas ipsius festi sit finita in uesperis, uel saltẽ in completorio ipsius festi, ut patet in eo quod le.& no.de sent excommu. c.ult.§.adiicimus.lib.6. quod maleficium cõmissum qualibet hora ipsius noctis nõ intelligitur commissum in ipso festo, maxime per id quod dictum est supra, cum pœnale & per consequens odiosum sit quod pœnæ duplicentur, & ideo stricta interpretatio facienda est. Si uero non habito respectu ad festum hoc fuit statutum, adhuc dico quod in casu nostro maleficium commissum quacunque hora illius noctis non attribuitur ipsi festo. Nam nemini uenit in dubium quòd ex clausula iurisdictione aliud est nox, aliud est dies. Vnde de fictione iuris est, quod ea quæ facta gesta & cõmissa sunt de nocte intelligantur cõmissa de die, ut patet in l.more Romano.ff.de fer.& de offi.dele.consuluit sicut de fictione est quod semper uespere sabbati & mane dominicæ propter continuationem ieiunii intelligatur una dies ut de tempo.ord.literas. Cum ergo fictiones non sint extendendæ ad casus non expressos, ut not. 16.q.1 placuit dicã quòd maleficiũ tale de nocte cõmissum nõ attribuitur diei festi nec ipsi festo quacunque hora ipsius noctis dicatur commissum, & per hoc responsum uidetur omnibus dubiis supradictis.

SVMMAE.

1 *Thesaurarius episcopi curam habens ex officio thesaurariæ an episcopo mortuo continuabit officium noua non habita commissione.*

QVAESTIO CCLVII.

VEnerabili uiro domino Fede.de Senis decretorum doctori Perusij actu legenti, amico carissimo. Per domi.fratrem Ribaldum ratiorem Spoletani ducatus Amice carissime ab initio quo accessi in ducatu Spoletani rectoriam dominus episcopus Anconitanus bonæ memoriæ, tunc dicti ducatus thesaurarius commisit cuidam uiro prudenti de Vien. nomine Martino Raducii curã thesaurariæ dicti ducatus donec ipsum ab ipso reuocaret officio cuius commissionis copiam uobis mitto per præsentem portitorem. ¶ Nunc uero idem episcopus ab hoc seculo migrauit. Quæritur modo si dictus Martinus post ipsius episcopi decessum potest officium ipsum exercere. Et ideo uos effectuose rogo quatenus super his uestrum consilium impendatis & nuncium celeriter expediatis ut habito uestro super eodem instanti negocio inscriptis consilio possit cum expeditione celeri ad meam præsentiam remeare. Datum die 21.mensis Martij.

¶Responsio Federici.

REuerẽde pater hodie hora tarda supradictas recepi literas libenter uoluissem conferre cum alio, tum quia negocium est arduum, tũ quia dubium est difficile prout ergo temporis qualitas & breuitas & lectio reuidẽda pro crastino die patiuntur sic respondeo. Et uidetur primo † quod officium duret per c.si de legatum.ij.responso de offi.dele.lib.6.& de procu.is qui eo. lib. Et quia ille Martinus substitutus uidetur datus a primo constituente ex quo substiturus habebat mandatum ad substituendum.ut ff. quod cu.uni.no. Item eorum §.si decuriones, & no.de procu.c.1.in glo.tunc enim in contrarium fecit mens substituentis qui noluit quod ille substitutus omnia faceret & gereret, in persona ipsius substituentis, ergo eius persona sublata uidetur cessare officiũ eius, quia non potest gerere officium eo modo & forma quibus fuit sibi commissum, ad hoc de rescrip. gratiosè lib.6.& quod no.co.tit.literas in glo ult.de procu.in ca. ult.in gl in cle. Sed his non obstantibus sub dubio forte, pro nunc credo primam partem potiorem per iura supra allegata. Non ob. quod dicitur supra de nomine & persona ipsius substituentis. Nam ipse substitutus poterit dicere, ergo talis substitutus a bonæ memorię domino Anconitano episcopo &c. sed nõ poterit dicere nomine & uice ipsius. Itẽ substitutus dicitur gerere uices substituentis mortui de offi.dele.licet in fine. Potest igitur iste substitutus ex potestate iuris, & ex mandato, & commissione Papæ gerere officium, forte ultra mentem substituentis, & sicut per mortem Papæ non fuisset reuocatum tale mandatum uel commissio, ut not.io.An.in c.si gratiose. in nouella. Ita nec per mortem substituentis reuocetur substitutio ita uidetur mihi Federico prædicto saluo consilio saniori cui me subijcio.

In Christi nomine amen. Federicus de Senis.

SVMMAE.

1 *Beneficij manualis collatio monacho noniter professo facta per Abbatem an sit uel esse debeat acceptanda.*

2 *Obedientia monachi an possit esse uituperanda.*

QVAESTIO CCLVIII.

1 FActum tale est. Quidam Abbas I monacho suo expressè professo, quod esse debet de capel. mo.c.1. ad fi.in cle.j.paucos dies post suam professionem commisit & contulit quandam ipsius monasterij ecclesiam manualem non habentem collegium, seu conuentum monachorum regendam & gubernandam. ¶ Quęritur an ob hoc solum quod infra modicum tempus post professionem, quam fecerat parum post ingressum, facta est dicta commissio & collatio, fuit ipsa collatio & cõmisio nulla uel etiam annullanda. Et argui quod sit nulla, extra de elec.officij. Sed contrarium est uerum, quod hac de causa nec nulla, nec annullanda, quia hoc nullo iure cauetur. Nõn ob. c. officij. primo quia cum ibi ille non esset instructus & ex post in regula monachali non potuit nec debuit ad regendum alios in regula monachali præfici in Abbatem, & hoc sonat dum ibi dicit pro eò quod antequam esset discipulus & cætera. sed in casu nostro nõ præficitur ecclesiæ in qua habeat præesse monachis suis, sed ut temporalia & spiritualia ipsius ecclesię regat quam etiã clericus secularis regere & gubernare posset.

2 ¶ † Item secundo non obstat quia eidem monacho non est ad uitium uel defectum imputandum, si dictam ecclesiã regendam suscepit, quia necesse habuit parere & obedire

dire mādatis Abbatis, sed ĩ c. officij nō cogebatur suscipere nec ẽt poterat arctari. Itē ibi ex petitione præcedē ti præcipuè in electione erat præsumptio de præcedēti symonia, a cōuētione, quæ in casu nostro ex nullo & in nullo præsumitur. ¶Præterea i casu nostro est alia ratio quòd debet cessare præsūptio symoniæ q̃a nō est uerisimile quòd quis monacaretur ut haberet cællã à qua pro libito uolūtatis sui prælati posset omni die moueri & re moueri. Sed si pmouetur ad prælaturam est ibi aliqualis præsūptio ambitionis, ut no. de æta. & qual. tuã, & quia ad illã promoueri nō pōt sine causa rationabili, nec remoueri, ut de sta. mona. cap. s. ad fi. ¶Ego Federi. de Senis minimus decretorū doc. cōsulēdo dico dictã collationē & cōmissionē ex causa supradicta, neq; nullã, neque annullandã fore. In quorū testimoniū prędicta manu propria scripsi, & sigillū meū apposui cōsuetū. ¶Ego frater Symō sanctę Marię de Castro sancti Martini dyoc. Perusij decretorum doctor prædictis assentio. In cuius testimonium hanc subscriptionem manu propria submisi, & sigilli mei appositione firmaui.

¶In Christi nomine amen. Cōsilium Fede. directum. Huguiloo Pelloni, & ueritati manifestè cædat opinio.

SVMMAE.

1 *Abbas solus an de iure cōi possit monachos suos reuocare ad claustrum, de ecclesiis & beneficiis manualibus.*

2 *Abbas cū suo Conuentu an possit aliquid statuere in præiudicium successorum.*

QVAESTIO CCLIX.

1 Casus talis est posito pro nō cōstāti, quòd Abbas solus de iure cōmuni possit monachos suos reuocare ad claustrū de ecclesiis & beneficiis manualibus ut probatur de sta. regu. c. cū ad monasteriū. §. tales autē, & 12. q. 1. nō dicatis, & eū ligit ex mēte, de capel. mo. c. pc. & ul. de cōfir. uti. porrecta, & ĩ gl. de sta. mo. c. 2. & ibi gl. i fi. & quod no. eo. ti. c. pc. §. ad hęc i gl. sępius dixi ĩ cle. ad quod facit. 18. q. 2. nullã. Quærit nūquid statutū factū p Abbatē, & cōuentū nē ipsi Abbati soli liceat reuocare dictos beneficiatos ad claustrū liget successorē cui statuto nō autorizauit episcopus. Et est dicēdū quod

2 nō obligat successorē, q̃a abbas nihil i preiudiciū successoris potest facere, sine auctoritate episcopi, nec alienare nec locare, nec statutū monasterij alterare, 12. q. 2. abbatibus & quod no. ea. q. alienationes. 18. q. 4. i uēditionibus & quod nō ualeat. ¶Addi. ¶Sine auctoritate episcopi, tenet Inn. de cōsti. cū accessisset. & Cōpo. eo. ti. cū omnes, & Archi. 11. dist. catholicarū, quia p statutū tale deueniret indirectè quod claustrales fierēt perpetui, quòd esset cōtra iura ĩ allegata. Ad hoc optimè facit quod no. de cle. c. 3. i gl. pe. ubi no. quod Cōpo. facta per Abbatē & cōuētū nō trãsit ad successorē si episcopus nō cōcessit ego multominus lex. Itē Abbas nō potuit sibi legē imponere à qua nō liceat sibi recedere. ff. de leg. iij. l. si quis ĩ pri. & de pac. l. nemo. & de offi. præsi. l. legatus. Nec pōt episcopus à se adeò in periuriū abdicare, quin sibi remaneāt ea, quę sunt iurisdictionis episcopalis, ut le. & no. de do. pa stora. & de cēsi. cū uenerabilis. Et si uellet abbas se obligare exprèssè quod monachus sēper in certo loco remaneat nō posset, ut no. Host. qui cle. uel uo. si sinuāte super uerbo substātia in fi. & Archi. post eū de offi. ordi. c. ulti. i gl. sj. i fi. quia nulla pōt cadere obligatio inter seruū & dominū, ut ipsi dicūt, facit quòd no. de reg. iur. nō est obligatorū. lib. 6. in mercu. de preben. cum singula. eo. ti. in nouella. Sed posito sine præiudicio ueritatis quod talis constitutio ualeat. ¶Nunc quęritur cum Abbas esset syndicus & Vicarius capituli ad reuocationes faciēdas. ¶An ualeat reuocatio facta per Abbatem qui reuocauit hoc modo.

4 docendum contrarium. Vbicunque enim † ad restitutionem faciendam possessio dat occasionem peccati debet admitti pars aduersa ad docendum de proprietate, ut nota Inn. de fi. presby. ad fi. d. c. constitutus. Et tenet, maximè ubi proprietas est notoria pro parte conuenti. ut de cau. poss. & proprie. c. 3. 4 & 6. Ad idem de restit. spol. c. 1. lib. 6. & quod ibi no. Ioan. And. post Archi. in nouella in c. literas supra alle. Et præcipuè iste Audientius in iudicio constitutus, confitetur se fuisse prius Cõuersum in dicto monasterio, & hospitali ut accedat quod no. de ra pto. c. cum causam. ¶Præterea est benè aduertendum sicut clericus secularis beneficiatus potest transfire ad religionem, & tamen non potest repeti possessorio uel petitorio. 11. q. 2. qui duo, & de regul. beneficium, lib. 6. Sic conuersus secularis ecclesiæ posset trãsire ad conuersionem ecclesiæ regularis secundum opinionem Hugo. & I audinen. not. 27. q. 1. ait lex ad hoc facit Inno. & Host. de obligat. ad ratio. c. uno. & Spe. de sta. mo. uer. 23. Sola enim ueritas rei est in talibus inquirenda & sine aliquo strepitu. ut not. Host. de regu. c. pen. ¶Ex his concludo quod Abbatissa debet admitti ad probandum oblationẽ dicti Audientij & non tantum ad iustificãdum possessionem quam allegat per modum petitorij prout. d. Abb. intellexit, sed etiam ad impediendum restitutionem, etiã si de possessione Abbatissa non doceret.

¶De differentia inter sortilegium & diuinationem.

S V M M AE.

1 *Sortilegium an & in quo differat a diuinatione.*
2 *Sors quod non sit aliquid mali in sui natura, nec prohibeatur propter se, sed propter sequelam.*
3 *Diuinatio quæcunque illicita ex prohibita.*

QVAESTIO CCLXXXIIII.

1 Domine reuerende ad quæsitũ quo quæritur † quæ differentiam est inter sortilegium & diuinationem, dico q sortilegium siue sors idem est quòd ars diuinandi secundum Hugo. & sic isto modo differunt sicut magis commune & minus commune, uel sicut species & genus quia sors uel sortilegium est quædam species diuinationis, & ipsa diuinatio est genus. & isto modo loquitur. c. illud. j. 26. q. 3. in fi. Et illo modo loquendo dicimus quòd omne sortilegium est diuinatio sicut omnis homo est animal, sed non, omnis diuinatio est sortilegiũ sicut non omne animal est homo, quia sic asinus esset homo. Et sic patet quod idem est sortilegus quod diuinus. Vnde quædam apostilla. 26. q. 1. c. dicit sortilegi. i. diuinatores. Vel quod sors siue sorte legium est ars, qua promittuntur, uel pronunciantur futura 26. q. 1. c. 1. in fi. Sed ista pronunciatio futurorum, quæ fit per sortes uel sortilegia non fit cum inuocatione dæmonum, alias consilio uel auxilio, sed fit ex quadam cõfideratione eorum, quæ ueniunt ex quibusdam, quæ fiunt ab hominibus seriose ad aliquid occultum inquirendũ, siue per proiectionem punctorum quod pertinet ad sciẽtiam uel artem geomantiæ, siue per considerationem figurarum, quæ fiunt ex plumbo liquefacto, & in aqua proiecto, siue ex quibusdam cedulis scriptis siue non scriptis in occulto positis dum consideratur quam quis accipiat & sic de multis alijs, quæ omnino sorte sunt & sortilegia uocantur, ubi & in quibus nulla est ius uocatio nec familiaritas cum dæmone, nec consilium nec auxilium eius, & tunc omnia illa de quibus habetur & no. de sortile. c. 2. de proba. ex literis, de quibus omnib. & si
2 milibus dicitur. 26. q. 2. c. 1. † q sors non est aliquid mali in sua natura, nec prohibetur propter se, sed propter sequelam, ut no. ibi in gl. Et sic patet quod sors uel sortilegium non sonat de sui natura ut accipitur in malum. Diuinatio uero proprie est indebita pronunciatio futurorum, qua pronunciantur indebito modo futura, quia
3 cum uocatione dæmonũ expressa uel tacita † diuinatio enim propriè loquendo semper in malum sonat. 1. q. 1. nunquam. Et omnis diuinatio propriè loquẽdo de ipsa qualiter-

qualitercunque quocunque nocetur prohibita est & damnata.26.q.2.per totum & de sortile.per totum.Et species istius diuinationis sic sumptæ ut præmittitur multę sunt.26.q.2.& genus.& q.5.episcopi.& c.nec mirum. Et si benè cogito,sunt x.species in quibus omnibus uel diabolus expresse inuocatur uel præter inuocationem hominis se occulte diabolus interponit uel ingerit ad pronunciandum futura quædam,quę hominibus sunt ignota. Et hæc differentia quam dixi & potest colligi.ex.c.t.26.q.1.quia ut ibi no.ibi non dicetur sacrilegus diuinator per aliquam inuocationem explicitam uel implicitam dæmonum, sed solum per inspectionem quarundā scripturarum uel per quasdam alias res ut dixi, hoc dico eum correctione tamen melius sentientis.

SUMMÆ.

1 *Ecclesia læsa coram quo iudice restitutionem petere debeat, præcipuè si a persona seculari, & in temporalibus lædatur.*

2 *Iudex dicitur grauare re ipsa, non tamen anima grauandi & subinde locus est appellationi si eundem quæ pił grauare contigerit.*

3 *Dolus quod committatur re ipsa.*

4 *Donatio quod possit esse inofficiosa re,& consilio, & re tantum.*

5 *Ab arbitro uel arbitratore quod aliter appellari non possit,prout improbatur pactum de appellando.*

6 *Petitio reductionis ad arbitrium boni uiri instar appellationis esse uidetur.*

7 *Iura in causa principali non producta, an in causa appel.uel reductionis sint admittenda.*

QVAESTIO CCLXXXV.

PEtrus Rector ecclesiæ sanctæ Mariæ de Florentia nomine ipsius ecclesiæ cōtrouersiam habebat cū quodam laico Cortonensi super re sita Tuderti. Isti exiſtens Perusij ut uiatores compromiserunt in Titium Fulginatem existentem Perusij ut uiatorem tanquam arbitratorem & amicabilem compositorem, cuius Titij arbitramentum latum Perusij dictus Petrus nomine ecclesiæ intendit petere reduci ad arbitriū boni uiri. Quæritur coram quo posit hoc petere. Et nunquid coram iudice corā quo petitur ista reductio possint proponi noua iura non proposita coram arbitratore.

2 ¶Et arguitur primo,q coram episcopo Florentino, nam sicut ecclesia læsa petit restitutionem in integrum coram iudice ecclesiastico propter læsionem.ut no. In. & Host.de fo.comp. cum sit sic a simili uel eadē ratione in isto casu debet recurrere ad iudicem ecclesiasticum suum,ut læsionem & iniquitatem tollat sibi illatā corā per arbitratorem,ad hoc optimè facit de arbi. exposita. Nam ad episcopum propriū pertinet ecclesias sibi subiectas in suis iuribus defendere,& conseruare.ut x.q.1.decretum.cum 4.c.seq. Igitur cum per dictum arbitramentum,q nec est sententia,nec actus iudicialis, sed potius quædam transactio.ut no. Inn.de iureiuran. quintanallis.ecclesia sibi subiecta sit læsa. ad cū pertinet remouere grauamē. Nam pro ea.si necesse fuerit agat in iudicio de len.& re iudi.c.ol. ¶Præterea minor petit restitui ad uersus actionem coram iudice proprio.ut C. si ut se abhære.abstinaut. si omnes. ¶Secundo arguitur quod corā iudice Cortonē. quia actor debet sequi forum rei,de foro compe.si clericus. & c.cum sit. ¶Item q restitutio in integrum cum similibus & recursus ad arbitrium boni uiri debet peti coram iudice eius cōtra quem petitur restitutio. C. ubi apud quos l.3. Item ista reductio petitur officio iudicis,ut de arbi.cap.o. & c.ex posita de iureiurand.ueniens.& c.quintauallis.& no.in Specula. de arbitris.§.ul.sed quo iure petitur contra certā personā, & tale officiū cū principaliter imploratur.& litis cōtestationē expostcit. ut de offi.iudi.c.2. Igitur cū cōtra illum Cortonen.huiusmodi officium imploretur debemus sequi forum rei.s.iudicis Cortonē.ut de foro compe.c.ulti.supra alle.Nam licet officium iudicis non sit actio, tamen succedit & proponitur loco actionis, & sic eius naturam debet sequi de hoc per Inno.de offi.iudi. c.2.ff.de mino.l.in causæ.ij.in prin.& in Spe.de offi.iudi.§.j.uer.si uerò officium iudicis circa prin.§.& §.ulti.¶Tertio arguitur q corā iudice Tudertino, quia ratione rei q sortitur forum.de foro compe.c.3.& ulti. C.ubi in rem ac. l.actor. Hinc est q olim duæ dictæ computabūtur a dięcesi ubi sita erat res religiosa,ut de rescrip. dilectis ij.et si agebatur personali actione in rē scripta,ut de foro cōpe.c.ex parte,& quod no.de præben. quia in tantum. & l.si prædium.C.de prædijs mi.¶Quarto arguitur coram iudice Perusino. Nam ista reductio non potest peti nisi propter euidentem iniquitatē arbitratoris.ff. pro socio. l.unde si neruæ. Cum ergo delictum & dolus sint perpetrata Perusij.rōne delicti debet de hoc cognosci Perusij de rapt.c. 1.de foro compe.postulasti. C. ubi de cri.agi oportet authen.qua in prouincia cū s.mi.per optimè facit quod no.Ioan.An.post Inn.de rescrip.statutum.§.si autem lib.6.ubi dic quod si Mediolanē. cōueniret. Bon. j.dictam.puta Mutinæ.& Bononien.uictus appellet. potest impetrare iudicem Mutinę,ut sic generaliter loquēdo ubi fuit iudicium principale ibi sit iudicium appellationis.& dicit etiam sic seruare, allegat etiam not.pec Inno.in c.nonnulli.de rescrip.& de offi.ordi.ut litigantes. libr. 6. Sed ista reductio instar habet appellationis ut ff.de arbi.l.non distinguemus.§.eum quidam in fi.Sequitur q ubi arbitrator tulit laudum, uel arbitramentū ibi debeat esse iudicium reductionis, ad hoc facit quod no.de epi.audi.l.episcopale. ¶Quinto & ultimo arguitur quod iudiciū debet esse Fulginei ubi est iudex superior arbitratoris. Nam quādo appellatur a sententia iniqua semper recurrimus ad Superiorem iudicantis ut 2. q. 6. anteriorum.& C.de appella.l. præcipimus.eo.tit.ut debitus ad superiorem iudicē appellet sed ut proximè di-

2 xi † ista petitio reductionis ad arbitrium boni uiri hēt instar appellationis ergo &c.Solutio credo quod iudex Cortonen.sit iudex competēs per iura alle.pro hac parte. Restat respondere ad alle.in prima parte. Nō obst.q no.Inn.& Host.de foro cōpe.cum sit,quia illud non cre-do uerum per l.2. C.ubi & apud quos. & idē tenet Guiliel.in Spec.de resti.in integ.in ij.parte.§.uidēdum uer. tractabitur. Vel dato quod iudex ecclesiæ sit competēs iudex dicam hoc uerū de iudice ecclesiastico Cortonē. uel dicas quod ibi loquitur in alio casu. s.in testōne, q restitutio per omnia non est similis huic iudicio reductionis,nam ipse idem, qui lasit per suam sententiam nō pōt restituere.ff.de mino.l.in causæ in fi.cū l. seq. quod non est in casu nostro. Item restitutio petitur j.quadriennium,de resti.in integrum.c.1.& 2. lib.6. Sed ista reductio petitur infra x.dies.uel infra. xxx.annos. ut not.in Specu.de arbi.§.ultim.uer.sed infra quod tempus. Item non obst.c.decretum.cum seq. quia licet Episcopus habeat defendere ecclesias ab iniurijs & oppressionibus, hoc intelligitur contra subditos suos uel contra extraneos in sua diecesi usurpātes uel illud remissos. ut de re iudi.c.pastoralis.§.illud in cle. q cessant in casu nostro. ¶Non ob.c.exposita. tum quia ciuitas Teruisina fuit aduersaria episcopo Feltren. & dux Venetorum, qui erat arbitrator de facto non habebat aliquem superiorem in temporalibus & sic potuit recurri ad Papā, iuxta no. de foro compe.licet. Itē quia ibi tractabatur de restitutione hominum liberorum cuius rei cognitio ad ecclesiā pertinet.ut ibi no.Inn.& Hostien.ibi mandatur renoca-

ri,q

ri quod Dux fecit cōtra sententiam Cardinalis,& sic pri ma solutio est melior. Nō ob.aut.si omnes, nā ibi contra nullū petebatur restitutio.secus in casu nostro ubi petitur cōtra certā personā.Et facit quod no.de off.iudi.c.2, in glo.magna. ¶Itē nō obst. quod tertio loco allegatur, ꝙ ratione rei forū quis sortiatur,quia illa iura uēdicant sibi locū quādo directè agitur actione in rē,uel ad ipsius rei possessionē recuperandā, ꝙ nō est in casu nostro. Nā hic agitur ad resc indendū dictū arbitratoris iudicis officio pro illo iure,quod esset quæsitū parti aduersæ ex illo dicto puta quia forte arbitratur:ut ecclesia possidens soluat tantū illi.& quod possessio remaneat libera ecclesiæ certū est, ꝙ hic non agitur super re illa petitorio uel possessionem.uel si arbitrator mandauit aduersarium ecclesiæ possessorem aliquid dare uel debere ecclesiæ nonc ecclesia, quæ. aliàs tenebatur actione ex stipulatu ad obseruantiā mādati,reputat se grauiter læsam ex illo dicto & petit illud ad æquitatē reduci.Simile si de ecclesia agatur. ut de proprietate nō pot tñ dici talis causa beneficialis.ut not.supra de iudi.c.2. in cle.sed iudiciū super re spirituali nō est causa spiritualis,ut no.de iura.c.a lū.c.2. Itē nō ob.qđ 4.loco allegaī de delicto & de iniquitate quia hic non agitur, ut delictum uel dolus arbitratoris puniatur:sed ut corrigatur arbitramentū.Itē arbitramētū posset cōtinere re ipsa euidentē iniquitatē si-
2 ne dolo arbitratoris.†Nam iudex dicitur grauare re ipsa nō tamē animo, & tñ locus est appellationi. ut patet de
3 testi.dilecto,& excepti.significauerūt,†& dolus dicitur. comitti re ipsa.ff.de uerb.obli.l.si quis aliter.& donatio potest esse inofficiosa re,& consilio,& re tantum,ut not.
4 per Host.de testa.Raynuncius super uer.donauerit.¶†Nō ob.quod dicitur ꝙ causa appellationis ibi uētiletur ubi fuit causa pricipalis,&c.quia hic nullum iudicium fuit. Nec coram tali arbitratore est iudicium, sed est quædā transactio uel pactū. Hinc est ꝙ omni tempore potest arbitrari,& dicit ꝙ sibi placet quia ad nullum ordinē iudiciarium obseruandum tenetur. Transactiones enim & pacta omni tempore possunt fieri ut patet.C.de feriis.l. ult.& eodem ti.c.1.& ult.& no.in Spe.de arbi.§. ult.in fi. uer.sed nūquid.Item potest compromitti in aduersariū, ut de iureiur.quintauallis, quod nō esset si posset sumere iudicium.ff.de arbi.l.penulti.& C. ne quis in causa sua.l. una.Sicut ergo per contractū quem ipsi celebrassent Perusij ut uiatores,non potest alter eorum ibi conueniri ut ff.de iud.l.hęres absens. maximè si non inueniatur ibi de foro compe.c.1.§.contrahentes.li.6.Sic in actione ex stipulatu,non posset alter eorum conueniri ad obseruantiā mandati dati per arbitratorem.nec Iudicis officio ad rescindendū uel corrigendū illud.¶Non ob. quod ultimò allegatur de iudice Fulginate,qa illud habet locū si ageretur cōtra arbitratorē,quia fecit litē suā,uel ut aliàs puniretur,ad hoc de sen.excom.uenerabilibus.§.sed si excōmunicatus & uer.seq.li.6.quod nō est in casu nostro.¶Itē nō ob.qđ dicitur ꝙ sicut appellatur ad superiorē &c. Nā ista reductionis petitio ad equitatē non habet initiar appellationis,nec in modo interponendi, nec in tēpore ꝓsequendi † imò nec ab arbitro,& multominus ab arbitratore appellari potest.ut.C.de arbi.l.j.Et sm quosdam nō ualet pactū ut ab arbitro appelletur, ut no.Host.in c.Raynaldus,de testa.in prin.& per Io.And.de arbi.cum dilectus.Item hoc agitur per querelā cōtra partē aduersam, ut tollatur sibi ius quęsitū ex iniquo arbitramento.Lōga quidē differentia est,an agatur per uiā appellationis, an ꝑ uiā simplicis querelæ de appel.concertationi,&c.uenerabilibus.ij.& iij.respon.lib.6.¶In secunda quæstionem arguitur primo † quod iura nō proposita non possunt de
6 nouo proponi, nam tunc uenit corrigendum dictum arbitratoris, cum euidentem continet iniquitatem,et.ff.ꝓ socio,l.unde si neruæ.Sed non potest dici quod arbitrator fuit iniquè arbitratus,respectu iuriū, que nō uidit ut de priuile.cū olim.nō enim disciplinā uel lcgē contempsit qui militiā ignorauit ut.ff.loca.l.si ignorāter,de sen. excom.c.4.Præterea iste recursus potest dici quædā appellatio extraiudicialis,sed talis appellatio nō potest iustificari ex nouiter proponēdis ut in cle. appellāti. de appel.¶Præterea prætextu nouorū instrumentorum,uel de nouo repertoriū sentētia,uel trāsactio retractari nō potest,ut.C.de trāsac.l.sub prętextu,de re iudi.inter.¶In cōtrariū uidetur, nā in causa appellationis possunt noua proponi iura ut.C.de tēpo.appella.l. per hāc.& de testi. fraternitatis,de fide instru.cū Ioānes.Sed iste recursus habet uim cuiusdā appellationis.Nā sicut iudex appellationis habet corrigere iniquitatē iudicis prioris,ut.ff.de appel.l.j.in princ.Sic & bonus uir.i.iudex.ff.de uerb.obli.l. cōtinuus ad quē reuertitur habet corrigere dictū arbitratoris ut.l.unde si neruæ.supra allega. & hoc uidetur procedere si appellatio etiā fuerit extraiudicialis,ut de elec. incerta lib.6.¶Itē restitutio in integrū ex nouis causis in antiquis obmissis conceditur ubi prius fuerat denegata, ut de restitutio.in integrū.c.ult. & sic est in casu nostro. Nā restitutio datur propter læsionē ut de restituto.in integ.c.r sic & arbitrator nō uenit corrigendus, si modicè grauat,de ope.li.l. libertus. ¶Itē trāsactio & pactū propter noua iura;idest propter de nouo proposita rescindūtur,ut.ff.de pac.l.tres fratres,& de trāsact.l.tutoribus in fi.cū suis gl.Sed istud arbitramentū habetur loco transactionis,ut.s dictū est.ad præmissa facit de testi.presentium,de excepti. pastoralis cū si. ¶Soluendo incipiamus à casibus nō tm dubiis,& dico quod si aliqua iura antiqua nūc de primo,& de nouo apparuerūt,quæ erāt occulta, ꝙ illa proponi possunt,& super ignorantia posit recipi iuramentū,ut in c.pastoralis,& de elec.ut circa,&c. nul li.li.6. & in l.tres fratres cū sua materia. ¶Itē si illa iura tūc sciebat. sed nō habebat probationes paratas, & ideo tūc tacuit,ut in c.ut circa,& c.nulli.s.q.7.plerique cū si. Si uerò quis sciebat.se habere illa iura, & illa sciēter & dolose obmisit producere,ut aduersariū fatigaret laboribus & ex pēsis.In isto casu dicerēt quidā illū nō posse illa iura producere per id quod no.sm Io. de re iudi.inter gl.magna & facit de excep.c.exceptionē de rescrip. sedes,& c.plerunque cū si.Secus si ex quadā negligētia,uel simpliciter.inter quæ duo, scilicet negligentiā uel simplicitatē ex parte una,& dolū & fraudē ex parte altera, lōga est dria,ut de rescrip.ex literis.Sed quia delictū prælati in damnū ecclesiæ &c.ut de excep. cū uenerabili, & de reg.iur.delictū.lib.6.Ideo dicendū uidetur,ꝙ ecclesia in omni casu audiatur uolēs antiqua iura obmissa producere,maximè ꝑ id quod no.ff.de re iudi. l. imperatores. C.de trāsa. l.sub ꝓtextu instrumenti, ubi dicit ꝙ ecclesia cōtra rē iudicatā, & trāsac.audiur prætextu instrumēti de nouo repti.¶Restat ad contraria rēdere. Primo non obst.quod dicitur, quod respectu iuriū quæ nō uidit nō dicitur iniqua fuisse arbitratus,&c.qnia iniquitas dicitur duobus modis re & animo, & re tātū,& sufficit quod re ipsa sit ipse arbitrator iniquus.ut dixi supra proxi. q. in respōsionibus ad cōtraria signata quarto loco.Itē ad. c. appellāti respōdetur dupliciter,primo ꝙ iste tale recursus nō est appellatio,sed potius quædā querela,& multipliciter differunt ista ad inuicē ut dixi supra quæstione proxima in fi.in responsione ad contraria ultimo loco signata.¶Et posito quod posset dici appellatio, tamē appellanti loquitur quādo appellaui ab inter locutoria, uel grauamine ante sententiam.¶Si dictum arbitratoria deberet appellari sentētia potius esset diffinitiua,quàm interlocutoria, quia talis arbitratus imponit finem negocij . & controuersiæ de iureiurand. & si Christus uer. quod autem de iureiur. libro. vj. & omne quod finitum est per sententiam, uel transactionem, quæ descēdit ex dicto

dicto arbitratoris sunt paria, de li.contesta.c.1.li.6.Item non obstat. l. sub prætextu. & capitul. inter de re iudicat. & hoc dupliciter, quia quando partes etiam nullo mediante componunt,& transigendo recedunt a iuribus suis,& nolunt ualere pacta nouissima nt de transactio.c. nulli est imputandum nisi eis,& sic prætextu iuris de nouo propositi non debet rescindi, ꝙ legitimè factum est. Sed quando aliqui ponunt cōtrouersiam in manibus mediatoris uel arbitri seu arbitratoris quilibet, debet credere se non debere grauari ab illo saltem enormiter, de iureiu.ueniens.& ꝙ not. Hostien.de maio.& obe.c. ultim. Item quia ipse mediator nullum iuris ordinem seruare tenetur, sed sine aliquo iudicio,& nulla termini assignatione facta ad iura pertinet producenda potest dicere ꝙ sibi placet. Et ideo si grauauit modicè alterá partium, sit hoc contra intentionem compromittentium,& ideo non mirum si eius dictum debet emendari & corrigi per bonum uirum.i.iudicem, facit quod no.de reg.iu r.dolo facit li. 6.in solutione.¶Præterea quicquid fit in aliis, in ecclesia potest dici speciale, ut no.in l.sub prætextu. & l.imperatores supra alle. sed contra hoc facit de re iudi.cū tutor. &c.sub orta in fine sic ut ibi.

¶Federicus de Senis.

S V M M A E.

1 *Debitor conuentus si creditorem opponat esse usurarium probare debet de instrumento, & effectu usuræ.*

2 *Debitor habens exceptionem usurariam contra creditorem, potest eam per uiam actionis proponere.*

QVAESTIO CCLXXXI.

1 CAsus talis est.† Debitor traxit creditorem ad curiam epi dicens instrumentum usurarium & continere duplum ueræ sortis,& creditorem tempore contractus & ante fuisse usurarium, deinde lite contestata,& datis articulis debitor hoc solū probauit ꝑ testes, ut deliceret ꝙ creditor calculauit rationem de datis & receptis omni debitori,& fuit confessus eidē debitor se nil debere recipere ab ipso debitore, nisi forte unū florenū. ¶Modo quæritur nūquid dicta ꝓbatio noceat creditori, ut ob hoc uicarius imponat silentiū creditori, ꝙ nil petat, uel saltē unū florenū uigore instrumenti. Et dicendū est ꝙ nō duplici ratione. Prima quia nil fuit probatū, nec instrumentū in aliqua sui parte esset usurariū, nec creditor fuerit usurarius, ergo prima facie tota quātitas cōtēta in instrumento fuit uera sors, ergo sequitur secundū statutum ciuitatis arctans istos litigantes. quo cauetur ꝙ cōtra instrumentum confessionatum non admittatur probatio de soluto per testes, ꝙ per tales testes nō possit probari solutio sortis alias dictum statutum esse ludibrium qđ esse non debet, ut de elec. commissa lib.6. Nam cum debitores contra talia instrumenta non possint probare solutionem per testes in curia seculari, recurrerent ad forum ecclesię & probarent per testes se soluisse contenta in instrumento & sic uitio usurarum non probato uidetur uel quod per coniecturas contingeret probare solutam esse quantitatem contentam in instrumētum per testes, ꝙ est cōtra statutum Ciuitatis illos ligans. Tales uerò fraudes sunt uitandæ, ut de procu.tuæ,& de diuor.quanta in fin. Sed pone quod istio tale statutum nō sit in Ciuitate, adhuc dico creditorem debere absolui, quia debitor non probauit contenta in sua petitione, dixit enim & proposuit instrumentum fuisse usurarium, sed de hoc nil probatū est uerè uel præsuptiuè, dato ꝙ probet per testes creditori fore solutum.& ꝑ consequens dissolutā esse obligationē & per consequens fine causa remansisse instrumentum apud creditorem, ut C. de condi. sine causa. l. dissolutæ. non tamen probauit contenta in suo libello. Sententia ergo debet ferri secundum modum agendi.de or.cog.c.2. de simo.licet heli. Et sic ex probationibus apparet eū ineptam actionem intentasse, de iudi.examinata, de restitu. spo. cum a sede. Dato quidem ꝙ quis petat indebitum, nō tamen sequitur ꝙ super omni specie indebiti uicarius sit competens iudex, sed super illo indebito est iudex qđ sapit forum ecclesiasticum. Habet igitur Vicarius in pronunciando uidere quando actum est ex causa expressa, an illa causa sit probata, ad hoc optimè facit de re iud.ab bate.§.quia cum certè in 4.colum.lib.6.

¶ Dominus Federicus ad Dominum Alexandrum aduocatum Perusinum. Placeat uobis uidere quòd scripsi in illa cedula scilicet superiori an procedat,& si uidetur uobis quod procedat, bene quidem. Si non uidetur uobis quod procedat, scribatis mihi motiuum quare non procedat.

¶Responsio domini Alexandri.

¶Exclusa uel obmissa allegatione statuti repellentis probationem testium circa solutionem, quia non uidetur hoc casu sibi locum uendicare, cum loquatur quando agitur de exceptione & contra eam de soluto excipitur quod non est in casu nostro, quia hic agitur per debitorem nō excipitur. Et sic statutum exorbitans ab iure communi cuius nam stricti iuris existens in tali modo agendi nō extenditur. prout ex aliis rationibus bene consultum. maximè quia in petitione fit mentio ꝙ contractus fuerit usurarius. per quam adiectionem arctetur creditor coram iudice ecclesiastico, qui aliàs non arctaretur. Vnde si talis a te adiectio non est probata, uidetur Vicarium non fuisse ex ea iudicem in tali causa,& sic uidetur, fore pronunciandum reum absoluendum ex tali causa, nè in alio iudicio ex alio præiudicet. per ea quæ no. per Inno.in c. cum sit generale de foro comp.

¶Replicatio dom. Fede.ad responsionem Domini Alexandri.

¶Prima responsio ꝙ statutum non habeat locum in hoc casu non placet duplici ratione. Prima licèt reus hic nō excipiat sed agat sponte prouocans, inter quæ est differentia. ut no.de iudi.exhibita, tamē effectualiter non refert.

2 Nam † reus habens exceptionē contra instrumētum, pōt illam proponere per uiā actionis,& pōt super illa libellum formare ut dicit Inn. qui si. sint legi.lator.& sic in effectu tuetur se, siue excipiēdo siue agēdo. ne l ut proprius loquar se actorē constituēdo,& est simile quod nota.de elect.dudum.2.uerficu.tandē in gloss. hoc.hic agebatur. Item quia reus timēs conueniri in foro seculari & sciens se non posse probare exceptionē solutionis per testes ꝓueniet creditorē, & dabit libellum in foro ecclesiastico. & si ibi possit probare solutionē sortis per testes certè talis fraus non debet prodesse.

¶Federicus de Petruciis de Senis.

S V M M AE.

1 *Religiosus contrahendo, uel stipulando sibi uel monasterio personaliter, uel impersonalis, an semper acquirat, monasterio.*

2 *Bonorum uendicatio quando contra debitorem locum habeat.*

3 *Monachos an sine licentia superioris possit efficaciter in iudicio stare contra debitores ante professionem quæsitos.*

4 *Coniuncta persona quod posse agere pro coniuncta.*

QVAE-

QVAESTIO CCLXXXVII.

Casus talis est. Quidā uerè & efficaciter oblatus uel religiosus, q in sua dedicatione obtulit se & bona sua præsentia & futura cuidā loco religioso, ante dedicationē habebat debitorē, uel postea quæsiuit sibi debitorē. Deinde iste dedicatus de dedicatione sua nullā faciens mentionē, suo proprio nomine agit cōtra debitorē. propter cuius contumaciā obtinuit finaliter auctoritatē, & potestatē uendēdi bona debitoris, uendidit deinde, ipsemet ab emptore emit proprio nomine. Nūc debitor dicit illū processum nō fuisse legitimè factum, quia ipse nō fuit cōtumax. & per consequens ea quæ facta sunt tanquā cōtra contumacē & latitantē nō ualent, ex eo scilicet, quia iste qui egit nō erat creditor, sed Monasteriū. Quæritur quid iuris. Super hoc dicūt quidam q
1 ualet, quod factū est, quia †religiosus cōtrahendo uel stipulādo sibi uel Monasterio personaliter uel impersonaliter, semper acquirit Monasterio & ex cōtractibus per eū initis acquiritur Monasterio, sufficit allegare gl. Inno. de priui. olim. ij. Sed contrariū credo uerius ratione
2 quia †uēdicatio bonorū nō habet locū nisi subsistēte debito, & cōtra latitantē, sed iste nō erat debitor istius oblati uel religiosi sed Monasterij, ut si præsens fuisse iste debitor nō cogebatur eidē Monacho respōdere, tū quia
3 actio nō sibi cōpetebat sed Monasterio, tū quia †nō potest esse in iudicio sine licentia Abbatis, probatur. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. fulcinius in prin. §. si quis possiderit, & ibi cōcordantur, de priuil. cre. l. imperatores, de iudi. l. nō uidetur, & optimè de pecu. eo. tēpore. Et si dicetur hoc habet locū quādo notoriū est, quod debitor haberet exceptionē in nō respondendo. Respondeo de hoc non pōt excipere iste quia ille replicabit de dolo ipsius agētis, quia sciebat se nō creditorē & nō posset agere sufficit remittere ad glo. Inno. de dila. c. ij. in glo. mag. ultra mediū uersi. q si nihil turpe graue &c. Et q non possit stare in iudicio probatur. 12. q. 1. nō dicatis. 16. q. 1. de præsentiū. C. de epi. & cleri. authē. causam quæ fit. & per. Inn. de proba. in præsentia, & de postula. c. 2. Et licet alias cōiuncta persona possit agere pro coniuncta. ut ff. de procu. licet & l. sed & hæ personæ & l. pomponius, secus est in dedicatis, qui mortui sunt, mundo & eorum cognitio seu conuersatio est in cœlis ut no. Host. de postu. c. 2. Et hanc partem credo ueram. Iura in contrarium allegata loquuntur in contractibus uel stipulationibus ubi non pōt pars aduersa conqueri, sed in nostro casu loquimur de processu habito contra contumacem, & latitantē, qui ueritate detecta apparet q non fuisset contumax.

SVMMAE.

1 *Syndicus quando dicatur per capitulum regulariter, & efficaciter constitutus.*

2 *Contemptus & spretis his, qui ad creationem syndici uocādi erant, an in sidicatu facta sint ualida.*

QVAESTIO CCLXXXVIII.

Casus talis est. In quodam publico instrumento continetur sic. Conuocato & coadunato capitulo & conuentu fratrum de penitentia tertii ordinis beati Francisci, de mandato fratris Benedicti ministri &c. In quo quidem capitulo interfuerunt. A. & B. &c. qui faciunt duas partes, & ultra dicti Capituli &c. Contra istum sindicum opponitur per partem aduersam quam illi qui fuerunt præsentes non fecerunt duas partes. & ex hoc infertur q sindicatus, nō ualet, & q instru-
1 mentum est falsum. Quæritur quid iuris. ¶ †Posito pro cōstanti q constituentes sindicū nō fuerunt duæ partes totius capituli, de primo dubio no. de ma. & obe. c. ult. de his quæ fi. a ma. par. ca. c. 1. & in Specul. de sindico i prin. & in uer. si ante litē uerò, cui incūbit probatio an producēti sindicatū, an excipiēti cōtra illum p do. Io. An. post Inn. & Host. de testi. c. ij. in glo. ibidē li. 6. Post ista præfatus Io. An. in c. 1. de his quæ fi. a ma. par. ca. cōsueuit dicere sic. Ecclesia perusina habet in uniuerso. xx. canonicos quorū quatuor sunt in curia Romana alij quatuor sunt Spoleti, & Tuderti. alij. xij. sunt in ciuitate, uel propè ipsam si cōtingat electionē celebrari debere nō uocabūtur existētes in curia de elect. cū inter uniuersas, alij uocabūtur. Si uero dēat fieri sindicatus, cōpositio: alienatio: & similia, tūc uocabūt. tm̄ illi psentes. & si de illis. xij. erūt duæ partes ualebit capitulū & quod faciet maior pars illarū duarū partiū ualebit, per regulam quæ dicit, q sit a maiori parte capituli semper ualet, iura sunt no. ¶ Quod autem presentes. & q illi, qui quotidie & cōiter faciunt capitulū sunt uocādi tantū, probatur per authē. hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccle. & C. de lega. l. quoties libro 11. ibi omnes curiales qui in urbe cōsistunt in locū curiæ cōuenire. & no. Io. An. in d. glo. ibidē. & idē ibi Ar
2 chi. ¶ Itē sciendū est, q † si contēpti sunt aliqui nullus alius potest infringere quod factū est, nisi illi, qui sunt contēpti, ut est casus de præbē. cum in ecclesia lib. 6. Igitur si cōstituētes sindicū fuerūt duæ partes præsentiū in ciuitate uel burgo, etiā in suburbiis, & cōtinentibus ędificiis, & quasi iuxta ciuitatē non cōputatis qui essent in curia, & in ciuitatibus uicinis, sed solū illis qui faciebant quotidie capitula, sindicatus est sufficiēs. ¶ Sed posito pro cōstāti q nō fuerint duę partes cōputando ut dixi. Queritur nūquid tale instrumentū sit falsum, ut sic i nullo credatur sibi. Et dicendū est q nō. Nā ad officiū tabellionis, & testis pertinet testificari de bis, quę in facto cōsistūt, & quę in eorū pręsentia acta noscūtur esse. ij. quęstione ix. testes, uidelicet qui fuerunt presentes, & quod fecerunt, nec debent scribere nomina absentium, de his quę fi. a præla. quanto. Vnde si tabellio dicat quod presentes faciebant duas partes, uel uocatis absentibus, uel q absentes erant excommunicati, in hoc non statur assertioni suæ, & si malè asserunt non redduntur instrumentum falsum quia in boc non cōsistit officium tabellionis, sed solum in hoc. A. B. &c. ad capitulum cōgregati & capitulariter fecerūt tale qd. ¶ Itē dico quòd si tabellio diceret quòd Titius cōmisit Sempronio. xxv. itē. xxx. quæ in totum faciunt libras. lx. non uitiatur instrumentum, licet minor esset summa, licet uitiaretur snia ut ff. quæ sen. si ap. re. l. 1. Et ratio est, quia ad officium tabellionis non pertinuit multiplicare illas summas. sed de pmissis solum testificare, & dictus Titius non tenetur nisi in lv. quæ in promissione, possunt colligi iuxta no. per In no. de hereti. fraternitatis. & de probatio. quoniam & in Spec. de proba. §. fin. uer. sed pone iudex. Et ita uidetur mihi Federi.

SVMMAE.

1 *Dilatio ad probandum semper tenet si pars aduersa consentiat.*

2 *Iudicium non debet claudicare.*

3 *Dilatio non debet assignari ad plures actus diuersos.*

QVAESTIO CCLXXXIX.

Casus talis est. Ad petitionem actoris reus fuit citatus ad contestandum litem & producendum testes in causa. Reus uenit, & fuit lis contestata, & iuratum de calumnia. Demum reo decedente

dente fuit assignatus terminus actori psiti & non ɔtradi-
1 cēti uel consentienti ad probandum. Modo queritur an
ualeat talis dilatio.¶ Punctus præmissus satis dubius est,
& requirit discussionem solemnis disputationis, & tāgi
tur in Specu.de dila.§. nunc uidendū. uer.sed pone in fi.
Specu.nō firmat pedem,sed magis uidetur declinare di-
lationem ualere, si pars aduersa raram habeat dilationē
ante lapsum eius,pro eo facit.ff.de dolo. l. eleganter in
prin.& gl.posita super uer.nulla. Et quia sæpe cōtractus
posse claudicare.ut not.de despō.imp. de illis.& de eo q
du.in ma.c.1.& in regu.iur.ꝙ semel.lib.6.Sed cōtra.nam
confessio de qua magis uidetur per id ꝙ no.Inno.de ele.
per inquisitionem non nocet confitenti,ut.ff de interro.
2 acti.l.ult.Item†iudicium non debet claudicare,quicquid
sit de contractibus ut.de except.cum inter, & optimè.ff.
de arbi.l.si cum dies.§.si arbiter.uer.unde si eleganter.
¶ Itē sæpe cōsequitur quis ea persona alterius quòd ex sua
consequi non potest ut.C.de tēpo.in integ.resti.l.ulti.&
de concess.preben.c.pen.li.6.¶ Itē si in optione istius ab-
sentis esset,impugnare ꝙ contra istam dilationē fecisset
ille,qui eam obtinuit ꝙ esse ualde graue ꝓpter expensas
quas iste medio tēpore fecisset ar.ad hoc de postu.præl.
c.bene 2 ꝓpè fi.uer.nec nocebat. ¶ Ista pars ꝑ nunc plus
placet.Et si dicaẗ ꝙ pars aduersa fuit cōtumax,quia reces
sit,& per eā remansit quo minus in eius præsentia data
fuisset dilatio ut lite non contesta.qm̄ §.porro.& in cle-
men.1.de iudi.Respondeo nō apparet ex premissis quod
fuerit citata.Et si dicaẗ immo,dum dixit iudex ad produ-
cendū in causa. Ad hoc respōdeo quia illud intelligitur
de proximo,actu, qui imminet expediendus post actum
quem nominatim citatus est argu.ff.de uer. ob.eum qui,
3 & de præb.non potest.2.respon. lib. 6.† Et maxime cum
ad plures actus diuersos non fit assignaoda dilatio ut no.
in Spe.de dila.§.j.uer.deliberatoriè. Ex cōtratio sequere
tur quod posset ad omnes actus subsequētes procedi qua
si ad illos intelligatur citatus,qđ est falsum,nisi in casu de
dolo.c.2.li.6.qui non est casus noster.& ita dico & cōsu
lo ego Feder.de Senis.¶ Repetitio decretalis dilectus 2.
de præben.facta ꝑ dominū Federicum ante doctoratum.

S V M M Æ.

1 *Literæ monitoriæ,uel præceptoriæ,an & quid conferent in iuris acquisitione.*
2 *Iuris in re quando quis dicatur habere.*
3 *Literæ monitoriæ & præceptoriæ in quo differant.*
4 *Executores literarum beneficialiū quando dari dicātur.*
5 *Res quando dicatur integra.*
6 *Verbum recipere cuius sit natura.*
7 *Tempus qualiter sit ad procedendum in literis beneficialibus inspiciendum.*
8 *Beneficij collatio alicui factæ contra Papæ mandatum an teneat.*

QVAESTIO. CCXC.

Quia in præsenti.capit. fit mentio de litteris apostolicis, ideo ut de ipsis habeamus notitiam uideamus de diuersitate ipsarum, & de duplici genere executorum qui sæpe cum ipsis literis conceduntur, addendo aliquos modos per quos præbenda afficitur. Item quia in præsenti capit. ponitur illud uerbum in canonicum recipere, quod multipliciter itelligi potest,ideo de duplici de significatione huius uerbi uideamus, & quæ sit ipsa differentia,quia per hoc melius patebit ueritas.c.nostri.Item quia ca. nostri continent tempus receptionis,ideo gratia huius uidebimus quod tēpus inspiciendū sit in literis beneficialibus.
¶Ad primum debetis scire quod interdum concedun-
tur a sede apostolica nullis executorib.datis,interdū da
tis executorib.Videamus primo quando conceduntur li
1 teræ nullius executoribus datis.¶Debetis,scire†quod do
ctores qui tractant istam materiam an per literas moni-
torias uel præceptorias quæratur aliquod ius, omnes
concordant in hoc, quòd in nullo istorum casuum quæ
ritur alicui ius in re.hoc ipsi no.hic.& de rescriptis lite-
ris & cap.constitutus Inno.& Hostien. & Compostel.&
cæteri supra de renun.ueniēs, & omnes bene dicūt hoc.
Nā si ēt quis habeat canonicatū à Papa non dr̄ habere ius
in re ut patet e.ti si is & de conces.præb.c.ul.lib.6. Tunc
2 enim†dicitur quis habere ius in re,quādo ad uacātis be-
neficij collationem deuentū est,ut in prædicto c.ulti.de
cōces.præben.li.6.Sed eo ꝙ aliquis illos,& dicit ꝙ cano
nici nō sunt obligati impetrāti,sed impetrās hēt implo-
rare officiū executorū, in hoc forte non benè dicit,quia
ut per inferiora patebit erit reperire aliquos casus,i qui-
bus canonici siue collator præbēdæ adeo sunt obligati
impetrāti circa beneficiū uacaturū, quod si alii cōferāt
cū uacat ēt ignorantes & ignoranti nō tenet collatio,ut
j.dicā,,& ideo uideamus casus illos in quibus canonici
sunt obligati impetrāti & in quibus non. ¶Debetis argo
3 scire† quod licet aliquæ decretales uideant facere diffe
rentiā inter literas monitorias,& præceptorias ut decre.
ex insiuuatione, &c.literas de rescrip. tn̄ in ueritate sm̄
illos docto.non est aliqua differentia nisi una.s.ꝙ magis
punitur,qui literis præceptoriis nō obtēperat,quam qui
nō obtēperat monitoriis allegat 14. q.1. c.si.& est ratio
secundū eos ut dicit Compo.in c.capitulū. & in c.cōsti-
tutus de rescrip. quia nunquā secundū stilū curiæ ema-
nant simplices literæ monitoriæ,immo sp̄ interseritur
ibi mandatū apostolicū dicēdo,monemus & apostolica
scripta uobis mandantes,nō curemus ergo an sint puræ
præceptoriæ,an sint monitoriæ cū mādato,sufficit.n.ꝙ
ibi uerbū mando siue uerbū moneo,siue præcipio præces
serat,ut in c.si soli de cōces.præbē. lib.6.& in c.capituli
prȩallegato. Mandatū agitur a Superiore emanans uim
præcepti uel cōstitutionis uel prȩcisæ uoluntatis habet.
Vnde si fuerit mandatū est cōstitutio uel sanctio, quæ
principis prȩceptū cōtinet. ut no.in auth.de man.prin.in
priu.& de prȩben.dilectus ij.in gl.uī & colligitur i ca.si
soli ibi punien.& ibi no.Itaq; redeamus ad primam diui
sionē.s.ꝙ interdū conceduntur literȩ sine executorib.da
tis,interdum cū executoribus. ¶ Debetis ergo scire ꝙ qñ
Papa mandat alicui ad quem præbenda spectat cum ua-
cat collatio per talem præsentationē literarum non est
affecta præbenda.i. non est ligata ptās primi collatoris,
ita ꝙ si ille ad quē spectat cū uacat collatio, alii cōferat
tenet collatio,tamē ipse,quia mandato Papȩ non obtē-
perauit punitur,ille est decretalis nostræ casus. & decre
tal.si soli de cōces.prȩb.li. 6. ¶Si dicas queritnè ꝑ tales
literas aliqđ ius pōt dici quod quæritur istud ius qa per
tales literas uidetur captum negocium ita quod succes-
sor adimplens tales literas sui ꝓdecessoris,uī ꝓfecisse fa
ctū prædecessoris,& nō suū,supra de rescrip.literis. ¶Itē
habēs tales literas ꝓfertur habenti tales literas executo-
rias si primo cōferatur ꝓbenda sibi,quā illi.ut not.Com
po.de rescri.constitutus.& c.capitulum.& uidetur ēt ca
sus eo.ti.ibi in prin.lib.6.ut de. conce.præbē.si soli eo.li.
Item habenti prȩceptorias quib. obtemperatum est non
fuit propterea facilius admonere ad dandum sibi execu-
torias ut hic. Item si talis per dictum mandatum fuit re-
ceptus in canonicum,uel in literis erat decretum affecta
est prȩbenda adeo quod collatio non tenet, ut habetur
in præallegatis iurib.de conces.præ.si soli.& de rescrip.
tibi qui uult respon. lib.6. ¶Expediti ergo sumus de pri-
mo membro.s.qñ conceduntur literæ nullis executorib.
datis.uideamus mō quando conceduntur literæ cū exe-
4 cutoribus.¶†Debetis ergo scire quòd interdum dantur

executo

executores ad cōpellendū eū ad quē spectat collatio beneficij ut cōferant interdū dantur ad prouidendū cū dati sunt executores ad cōpellendū, tūc per solā pręsentationē illarū litterarū nō est affecta præbēda, imò si is ad quē spectat cōfert, tenet collatio nisi in tribus casib. s. qñ diceret in litteris uel qñ executor insinuauit ei ad quē spectatur, & si Interdixit nè alteri cōferat, uel quādo per tales litteras fuit receptus in canonicū hoc est quod plenè habetur in præallegato. c. si soli. Ita etiā no. Inn. & Host. hic & clarius Cōpo. supra de rescri. c. capitulū in magna gl. in prin. Quādo uerò executores dātur ad prouidendū interdū dātur pure. i. q̃ litteræ solū dirigantur executorib. ut prouideat, interdū dātur in diē scilicet collatore negligēte uel postq̃ impetrās acceptauerit. Quādo uerò dātur purè tūc per sola præsentationē litterarū factā executoribus nō est affecta præbenda, imò ad hoc ut afficiatur prębēda oportet ut insinuet. nō dico quod habeat necesse interdicere. Iste est casus q̃ habetur, infra de conces. præbē. c. j. §. ex parte, li. 6. & isto casu an sufficiat q̃ executores hoc insinuēt capitulo, uel uicario episcopi qñ ad ipsum episcopū spectat collatio puta quia ipse episcopus est absens sic ei nō potest insinuari not. de hoc Inno. & Hosti. de iure patro. cū dilectus, & Cōpo. de rescri. c. capitulū in magna glo Archi. post eū in d. l. si soli. Si uerò executor datus est, collatore negligēte, tūc p solā pręsentationē litterarū, factā collatori affecta est, præbēda, ita q̃ in litteris directis capitulo fiat mētio de litteris directis executoribus, ut patet infra de conces. prębeu. si capitulo. lib. 6. & ita debemus intelligere de cre. proposuisti, infra de cōcel. prębē. quod. c. glo. male intelligebāt ut patet per illud. c. Ita q̃ si collator. j. terminū sibi ab executore prefixum præbendam uacantē nō cōtulit, tūc deuoluta est potestas est in executorem ita q̃ si alia uacatione potest cōferre canoncatū, & p̄bendā ut ibi. Et si præbēdæ collatio spectat ad duos an sufficiat sola presentatio facta uni. Dicimus quod sic, qa ex quo impeditus est unus sine altero cōferre nō potest, tūc dicimus impeditū utrūque, sicut dicimus de duobus delegatis datis sine clausula, supra de offic. deleg. causam, hoc est quod no. Cōpo. de resc. c. capitulū in magna glo. & do. meus post eū in pręallegato. c. si capitulo, de cōces. præb. lib. 6. imò plus dato nobis q̃ si decretum esset in litteris ēt ante præsētationē litterarū affecta esset p̄bēda, qa decretū principis ligat etiā ignorātes, qđ tamē nō accidit in inferioribus á principe hoc est quod habetur infra, de cōces. p̄bē. quia cūctis, infra ex parte in fi. de rescrip. tibi. q. lib. 6. & de elec. si eo tēpore eo. lib. & no. plenè Archi. infra eo. titu. si apostolicę eo. lib. ubi tractat opinionē. Inno. & Hosti. quā no. de iure patro. cū dilectus, & opi. Cōpo. Si uerò executores dati fuerint sub hac forma, prouideāt de primo beneficio, quod impetrās duxerit acceptandum tunc nec per præsentationem, nec per processum executorium affecta est præbenda nisi primo impetrans acceptet beneficium, & executor eius insinuet ordinario qualiter impetrans acceptauerit, & quod intendit conferre ei beneficium acceptatum, iste est casus de conces. preben. c. j. lib. 6.

¶ Et debetis scire quod talis acceptatus non potest acceptare certum & expressum beneficium anteq̃ uacet, primū autem uel secundum in genere potest, uel tertiū ex causa, ac si certū & expressum acceptauit etiam si executores sui processum fecerunt, & pœnam apposuerunt talis acceptatio uel processus nullam obtinet firmitatem, imò non obstante tali acceptatione, & processu poterit, collator cōferre beneficium cum uacabit, ille est casus in c. nè captādæ, infra de conces. præben. lib. 6. poterit autē talis executor inhibitionem facere specialem prælato prouinciæ uel ciuitatis in qua fuerit deputatus nè conferat primum beneficium, quod uacabit, uel secundum, uel tertiū ex causa si tibi cōpetat ex beneficio litterarū, ut habetur eodem, tit. executor, & quod dixi. s. quod nisi executor insinuet ordinario de acceptatione iam facta p impetrantem, quod nō est affecta præbēda. Intelligas illud uerū si decretū nō esset in literis, nā si esset tunc p solā acceptationē ēt factā in absentia executorū affecta est præbenda ut legitur & not. in præallegato. c. j. de conces. preben. lib. 6. imo plus dico, quòd si in litteris est illa clausula quod duxerit acceptandū, j. mēsem & est decretū in litteris ēt non acceptanti, infra illū mensem, nō poterit ordinarius conferre beneficium, hoc clare not. Archi. infra eod. ti. dudum lib. 6. ¶ Sumus ergo expediti de duplici genere executorū, quorū potestas si dati fuerunt super gratia iam facta non expirat mortuo Papa, secus si super gratia facienda ut res sit integra, ut patet de offic. delegat. capitulo. si super, & eodem. titul. sicut. libro. 6. ¶ Res autem
5 dicitur integra † quādo nō est processum ad aliquid quo soleat affici præbenda, secus est in gratia facta per legatum, quia tunc dicimus rem esse integram ex quo nō est peruentum ad collationem. Dato q̃ facti fuerunt processus ut patet infra de offi. leg. c. 3. lib. 6 ¶ Interdū est reperire q̃ sine aliqua principis datione executorum, & sine aliqua præsentatione est adeo affecta præbenda, quod si conferatur altera etiam ignoranti & ab ignorante nulla est collatio, ut puta quando Papa cōcedāt alicui canonicatum. Iste est casus infra eod. titu. cum qui. & c. si postq̃, lib. 6. imo uoluerunt quidā dicere quòd tantū ius habet, quòd sua propria auctoritate potest accipere possessionē præbendæ uacantis, illud tamen est falsum ut not. Archi. in dict. c. si postquām. Et ratio est quia nulli licitum est ministrare etiam in præbenda antequam sibi cōsignet ab eo qui potestatem habet consignandi. ut not. Innocē. & Hostien. de conces. præben. proposuit & not. p Archi. eodem. titu. tibi, & c. eum qui lib. 6. ¶ An isti recepti ultra numerum qui nondum habent præbendas debeant interesse communibus trāctatibus capituli, & eligere si uacat ecclesia. Breuiter dicunt Innocen. & Hostien. & Compo. supra de consti. cum. M. quod si habent stallū in choro & locū in capitùlo facient ea, quæ spectant in chorū & capitulū, intererunt alienationibus & aliis tractatibus capituli, & eligent sicut alii. Et hæc dico uera nisi consuetudo repugnet, ratio est prout not. Innoc. de elec. cumana, & de resti. spo. in litteris in princ. quia eligere est fructus possessionis, ergo postq̃ illi tales recepti ultra numerum habent possessionē iuris canonici debent posse eligere, & istā gl. Innocen. inducit Archi. post se contra do. meū de regu. iur. beneficiū lib. 6. ubi dicit, quod existentes in probatione religionis cū ipse sit in possessione suæ præbendæ & fructus possessionis sit eligere, debet uocari ad electionē si immineat facienda, adducit ēt Archi. illud dictū Innoc. contra opi. Compo. q̃ dicit se obtinuisse quod si alicui collata est p̄benda in absentia qđ talis debet uocari ad electionē. Arch. tenet ꝯtra, eū ipse nō sit in possessione, allegat dictā gl. Innocen. & illud not. Compost. de consti. cum. M. & Arcbidia. infra eod. titu. eū qui. lib. 6. Videamus ergo diuersitatē litterarum apostolicarū de duplici genere executorum, & de modis afficiendi Præbendam. Sequitur modo uidendum de duplici significatione
